






DOMI NUS ILLU
MINA TIO MEA
Taylor Institution.



UPSALA UNIVERSITETS HISTORIA.

BIHANG

I

HANDLINGAR 1477—1654

ENLIGT UPPDRAG UTGIFNA

AF

CLAES ANNERSTEDT

DOCENT VID UPSALA UNIVERSITET.



UPSALA

W. SCHULTZ.


OXFORD

Förteckning på handlingarna.

1.

Sixti IV:s bulla, genom hvilken Sveriges prelater och stormän erhålla rätt att i Upsala upprätta ett privilegieradt Studium Generale dat. Rom d. 27 Februari 1477.

Sixtus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Si juxta sanctorum decreta patrum humanum genus naturali jure ac morali regitur et gubernatur, legibusque divinis pariter et humanis omnis bene vivendi ratio consistit, profecto literarum studia, quibus et humani et divini juris scientia comprehenditur, et in quibus ingenia hominum ad interpretandum altos divinæ mentis conceptus, et salubres sacrorum canonum intellectus erudiuntur, modis omnibus ampliare et confovere debemus, ut exinde doctorum virorum copia, qui quasi flores vernantes decorem pulchritudinis præ se ferant in populis, dextera Domini assistente propitia, valeat feliciter provenire.

Sane pro parte venerabilis fratris nostri Jacobi, Archiepiscopi Upsalensis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse olim et venerabiles fratres nostri, universi episcopi provinciæ Upsalensis, suffraganei sui, nec non dilectorum filiorum, Capitulorum singularum ecclesiarum cathedralium ac totius cleri provinciæ prædictæ procuratores, sufficientibus suffulti mandatis, provincialem sinodum juxta sacrorum canonum instituta solenniter celebrantes, inter cetera, quæ pro salubri statu et felici directione eiusdem provinciæ in dicta sinodo fuere propo-

sita, omnibus visum fuit, quod pro statu et commodo tam ecclesiasticarum quam quarumcunque aliarum fidelium personarum provinciæ supradictæ, et catholicæ fidei corroboratione ac animarum salute, unum generale Studium in civitate Upsalensi, ubi aëris temperies, victualium ubertas, et aliarum rerum ad humanum genus necessariarum copia existit, dummodo ad id apostolicæ sedis licentia et auctoritas accederet, erigeretur ac institueretur. Quare pro parte archiepiscopi et suffraganeorum, ac capitulorum et cleri prædictorum, nec non dilectorum filiorum majorum, nobilium et consiliariorum regni Sueciæ nobis fuit humiliter supplicatum, ut generale studium hujusmodi in civitate prædicta, ad instar Bononiensis aut cujusvis alterius privilegiati generalis studii erigere, ac alias super hiis oportune providere de apostolica benignitate dignaremur. Nos igitur archiepiscopi, episcoporum ac capitulorum et cleri, ipsorumque nobilium prædictorum in hac parte supplicationibus inclinati, ad laudem divini nominis, et fidei catholicæ propagationem, exaltationemque sanctæ Romanæ ecclesiæ, auctoritate apostolica, tenore presentium, unum Studium universale ad instar Studii Bononiensis, cum honoribus, præeminentiis, privilegiis, prærogativis, exemptionibus et immunitatibus, quibus Bononiense Studium prædictum potitur et gaudet, erigimus, creamus, et in præfata civitate Upsalensi instituimus, statuentes pariter et ordinantes, dictisque archiepiscopo, episcopis, capitulis, clero, nobilibus et consiliariis de specialis dono gratiæ concedentes, ut in eadem civitate de cætero sit Studium Generale, idque perpetuis futuris temporibus in sacra Theologia, nec non in Canonico et Civili juribus, ac etiam in Medicina, Philosophia et quibuscunque aliis Facultatibus a jure permissis vigeat; quodque illud et in eo pro tempore legentes et studentes, omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus concessis docentibus et discentibus in iisdem Facultatibus in universitate præfati Studii nostri Bononiensis, et quibus inibi utuntur et gaudent, uti et gaudere possint et debeant pariformiter, et absque ulla differentia: inibique præfatum archiepiscopum, et qui fuerit pro tempore archiepiscopus Upsalensis, Cancellarium facimus et perpetuo deputamus cum facultate et auctoritate concedendi personis bene meritis Bacallariatus, Licentiæ, Doctoratus et Magisterii gradus, juxta morem dicti Studii Bononiensis, et alia omnia et singula faciendi circa ea necessaria et oportuna. Et insuper quod universi et singuli Magistri, Doctores, Scolares et Studentes in præfata universitate Studii Upsalensis, omnibus et singulis prærogativis, privilegiis, præeminentiis, antelationibus, voluntatibus, libertatibus, exemtionibus, immunitatibus, honoribus et indultis, per nos vel Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu nostra, vel illorum, vel alia quavis auctoritate præfato Bononiensi Studio, ejus-

que magistris, doctoribus, scolaribus et studentius in genere vel specie sub quacunque verborum forma hactenus concessis et in posterum concedendis, uti, potiri et gaudere possint et debeant, in omnibus et per omnia, perinde ac si eidem Upsalensi Studio ac illius magistris, doctoribus, scolaribus, et studentibus particulariter et individue concessa fuissent, aut in futurum concederentur, ac in eorum favorem specialiter emanassent vel emanarent. Et insuper ut eo ferventius ipsi magistri, doctores, scolares et studentes in dicto erecto Studio erga literarum studia valeant insudare, quo adversus eorum turbatores propitii protectoris suffragio cognoverint se munitos, eidem Jacobo et pro tempore existenti archiepiscopo Upsalensi per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per se, vel alium, vel alios, magistris, doctoribus, scolaribus et studentibus prædictis efficacis defensionis et protectionis præsidio assistentes, faciant magistros, doctores, scolares et studentes præfatos, prærogativis, privilegiis, præeminentiis, antelationibus, voluntatibus, concessionibus, libertatibus, exemtionibus, immunitatibus, honoribus et indultis præfatis pacifice et quiete frui et gaudere, non permittentes illos, contra ea et præsentium nostrarum literarum continentiam et tenorem, vel alias a quoquam quavis ecclesiastica vel mundana præfulgeat dignitate impeti, seu etiam indebite molestari, contradictores ac etiam molestatores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etc. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII, prædecessoris nostri, quibus cavetur ne quis extra suam civitatem vel diœcesin, nisi in certis exceptis casibus, et in illis [non] ultra unam dietam a fine suæ diœcesis, ad judicium evocetur seu ne judices a sede apostolica deputati extra civitatem vel diœcesin, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, seu alii vel aliis vices suas committere præsumant, et de duabus dietis, in Concilio generali edita [ɔ:-is] aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque; aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam et de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta suæ jurisdictionis explicatio valeat quomodolibet impediri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo etc. nostræ erectionis, creationis, institutionis, statuti, ordinationis, concessionis, deputationis, commissionis et man-

dati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, tertio kalend. Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

D. SERRANO, P. DE MONTE.
L. de sancto Gem:o.

(Efter prof. P. A. Munchs afskrift ur Vatikanska Arkivets registratur; "Sixtus IV. Bull. div. Tom. 7, folio 204 verso." Något spår efter en original-bulla hafva vi icke kunnat upptäcka i våra inhemska arkiv, der endast afskrifter, tagna i 17:de seklet efter vidimationer, anträffas; efter en dylik vidimation är bullan förut tryckt hos Spegel, "Skriftelige bevis hörande till Biskops Chrönikan", n. 24, men har der såsom nästan öfverallt blifvit förd till år 1476).

2.

Svenska Riksrådets privilegiebref för Upsala Universitet, dat. Strengnäs d. 2 Juli 1477.

Wij Jacob medh Gudz nad, Erchibiscop i Upsala, Henric i Lyncöpung, Hanes i Scara, Hanes i Strengenes, Lydecka i Westerars, Niclis i Wexio och Conrad i Abo medh samma nad Biscopa, Sten Stwre Sweriges Rikes forstendare, Niclis Stwre, Ywar Axelsson, Gotstaff Karlsson, Eskil Ysaachsson, Fadher Vlfson, Thwre Jenson, Gregers Mattisson, Ake Jensson, Staffan Vlfson, Karl Knutsson, Gotstaff Olson, Thord Philpusson, Ywar Green, Niclis Fadherson, Hanes Akasson, riddare, Arwid Trolle, Eric Karlsson, Niclis Clawsson, Knut Eskilsson, Magnus Karlsson, Jenis Knutsson, Sigge Laurinsson oc Lindorm Biornsson, wepnare, Sweriges Radh och men, görum witerlicht, at effter at wor heligiste fadher Pawen hauer effter allis wore ödhmiwka bön oc begerilse nadelige vndt, giffvit oc sticktat, Gudi til loff, hedhers oc äro, Cristenheten oc menige Swerigis Rike, til bestand, hugnad oc gledi, et Studium privilegiatum i Vpsala medh alle the fordela och friiheter som thet Studium i Bononia niwter, brukar och hauer, Ther fore vpa thet at Rector fornempde Universitatis, Doctores, Mestere, Studentes och theris folk moge thes roligare bliffwa oc liffwa, studera oc i theris lerdom sigh forkoffra, anama wij alle fornempde oc hwar serdelis widh sigh i Rikesens oc wor besynnerlige friid, hegn, beskermilse oc förswar, til thet Studium kommande, ther bliffwande oc tedhen farande, oc swa oc at theris Rector Universitatis schal wara theris domare i alla handa sakir, kirkiones in-

geld oc jordaträtto undantagno. Oc moge oc schola the friit köpa utan landzköp, hwat them heltzst behoff giöris, til födho oc kledhe ther i stadhen oc alla andra stedher her i Riket, vtan hwar mans gensighilse. Oc forthij at thet erende är oss swa nyligen vpakommit oc for annor rikesens erende schuld haffuom wij icke tijdh oc stund til at betencka oc besinna fornempde Studii bestand swa yterligha som wij gerna willom; Thy giffvom wij oc vnnom fornempde Studio och Personer alla swadanna privilegia och friheter, som konungen aff Frankarike giffvit oc unt hauer Universitati i Paris. Schola oc alle the til fornempda Studium kommande warda oc thesse privilegia niwta willia, swäria i Rectoris Universitatis hand, at the schola ingen breff scriffua eller budh senda om vpsaat, tidhende eller nagre andre erende her ut aff riket, the rikene kunne komma til schadha eller forfang i nagra matto, vtan hulle oc tro wara konungenom eller rikesens forstendare, oc Swerigis rijke, swa lenge at the som vtlendzske äre her inne i riket bliffva, widh then allerstorste oc strengeligheste thes helige kirkios rätt, hembd och plicht. Thet loffvom wij alle stadhugt, fast och obröteligit vpa rikesens wegna hallas til ewigh tiidh for oss oc alla wore rikes efferkommande konunga oc råd. Til ytermera förwaring oc stadfestilsse latom wij hengia Swerigis rikes oc erligs oc welborins mans herre Sten Stwres wor hoffwitzmans incighle widh thetta breff. Datum in civitate Strengenensi Anno Domini M.CD.LXX septimo ipso die visitacionis beate Virginis gloriose.

(Original på pergament i Upsala Univ:s Konsistorii Arkiv. Ett sigill är bortfallet; af det andra eller rikssigillet återstår ännu ett betydligt fragment. Brefvet är förut tryckt i Spegels Skriftlige Bevis etc. n. 25.

3.

Ärkebiskop Jacob Ulfssons bref om tiden för Upsala Universitets invigning, dat. Upsala d. 20 Juli 1477.

Jacobus miseratione divina Archiepiscopus Upsalensis ac almæ Universitatis Upsalensis Cancellarius, universis et singulis ecclesiarum Prælatis et Abbatibus, Provincialibus, Rectoribus, Vicariis, Prioribus, Ministris, Gardianis, Curatis, Altaristis, Scholaribus ceterisque spiritualis status personis, nec non nobilibus et inclitis dominis Baronibus, Mili-

tibus, Militaribus, Civitatibus, Oppidis, Consulibus, Civibus et Communitatibus nostræ Upsaliensis [diocesis] ubicumque terrarum constitutis salutem in Domino sempiternam! Quoniam in fine temporum divina sapientia de coelis elapsa nondum coecitatis ignorantia ac infidelitatis tenebris obvolutum lucis suæ radiis et cognitionis illustrare dignabatur per sanctos suos apostolos et eorum successores, prædicatores et doctores, totum terrarum orbem, in quem exivit sonus eorum, ad sui fidem et cognitionem reducere ex sua misericordia decrevit, præcipiens ut cunctos docerent et baptizarent omnes gentes, ipsa denique divina sapientia, quæ sola, quidquid de Deo recte et fideliter sentimus, inspirat, aperit os mutorum, et linguas parvulorum facit disertas, justo tali suo consilio universitates et studia privilegiata multis per orbem terrarum locis instituit, ut in ipsis veri literati, qui gregem dominicum sacris doctrinis et informationibus pascerent, crearentur. Nos Jacobus supradictus, cum consensu, consilio et voluntate ac cooperatione reverendorum patrum, fratrum nostrorum coepiscoporum provinciæ nostræ Upsalensis, prælatorum ac capitulorum, eorumdem consideratione, paucos in nostra provincia ad plenum eruditos posse fieri, tum quia usque ad nostra tempora studium apud nos privilegiatum nullum exstiterat, tum quia multi quamvis ingenio pollerent, tamen nihil propter paupertatem vel animi pussillanimitatem ad loca remotiora se transferre non valuerant, tum quia etiam hi pauci, qui ob studia liberalia ad universitates privilegiatas se transtulerunt, et rerum suarum jacturam et personarum discrimina et pericula vel ex mari vel piratis vel guerris et aliis incommodis crebro et persæpe perpessi sunt, decrevimus strenuorum et nobilium virorum Majorum, Militum, Militarium, regni Sveciæ Consiliariorum, consensu et voluntate ad hoc specialiter accedente, sanctissimum dominum nostrum Papam humiliter nostris supplicationibus adire, ut sua sanctitas, caussis superioribus allegatis a sua sanctitate pensatis, attento etiam, quod hic in fine mundi gentilibus et aliis schismaticis quasi cirumvallati magis necesse habemus in fidei sinceritate et veritate solidari, ex sua gratia speciali et apostolicæ largitionis solita benignitate in Upsalia apud metropolitanam ecclesiam Upsalensem regni Sveciæ studium privilegiatum erigere et privilegiis, quibus ejusmodi studium salubriter manuteneri* possit, dotare dignaretur. Sanctissimus igitur dominus noster Papa, supplicationibus hujusmodi tanquam piis et rationalibus paternaliter inclinatus, studium privilegiatum in præfata civitate Upsalensi, ut præfertur, instituit ac universos ejusdem studii Magistros, Doctores, Licenciatos, Baccalaureos, Scholares et Studentes,

---

* Så tolka vi Ihres corrumperade text "salubriteran muteneri".

ad instar studii Bononiensis, omnibus et singulis ejusdem studii privilegiis, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, voluntatibus, conceptionibus, libertatibus, exceptionibus, immunitatibus, honoribus et indultis perpetuis temporibus, prout in bulla desuper concessa et apud nos recondita plenius continetur, insignivit nosque Jacobum supradictum ac successores nostros, archiepiscopos, Cancellarium ac studii et privilegiorum hujusmodi conservatorem instituit et perpetuis temporibus deputavit. Insuper ut eo securius et liberius magistri, doctores, licenciati, baccalaurei, scholares et studentes, ac ejusdem universitatis supposita in universitate Upsalensi stare ac studere valeant, illustres et nobiles domini, Steno Gubernator ac consiliarii incliti regni Sveciæ his privilegiis, per sanctissimum dominum nostrum Papam in spiritualibus concessis, etiam suas concessiones et singula privilegia in temporalibus, quæ rex Franciæ Universitati Parisiensi concesserat, magnifice addiderunt, et super hoc literas suas patentes regni Sueciæ et præfati domini Stenonis gubernatoris sigillis munitas effectualiter tradiderunt. Omnes igitur et singuli magistri, studentes et scholares in præfata jam noviter fundata universitate legere, disputare et studere volentes, libere admittentur, præscriptis privilegiis in spiritualibus et temporalibus gavisuri. Literas vero sanctissimi domini nostri Papæ desuper concessas intendimus, Domino concedente, in civitate Upsalensi ipso die b. Mathei Apostoli proxime affuturo, cum certis venerabilibus, strenuis et nobilibus dominis, regni Consiliariis, ad hoc per certos consiliarios deputatis, eo quo tenemur et possumus honore ac solempnitate introducere, ac demum ipso die Brigittæ, Regni Sveciæ Patronæ, qui est septima dies mensis Octobris proxime sequentis, ut ipsius apud Deum interventu negotium ipsum prosperetur, inchoabuntur lectiones et exercitia in Sacra Theologia, Jure Canonico et Artibus, ac continuabunt ad audire volentium voluntatem. Datum Upsaliæ xx die mensis Julii [anno] domini MCDLXXVII. nostro sub secreto inferius inpresso.

(Efter Ihres edition i Upsalia Illustrata, (disput. acad. in 4:to pars VI Upsal. 1771) der han tryckt Scheffers handskrifna rättelser och tillägg till sitt (Scheffers) arbete Upsalia. Hvar åter Scheffer funnit handlingen, är oss obekant, och vi hafva icke häller på något annat ställe sett den ens omtalad, ehuru den tydligen varit bekant för Messenius vid utarbetandet af Scondia Illustrata).

4.

Ärkebiskop Jacobs bref till Wadstena kloster om Mag. Petrus Astronomus. Upsala d. 25 Februari 1509.

Jacobus miseratione divina Archiepiscopus Vpsalensis &c.

Sinceris nostris dilectione et salute præmissis Kere Gudz oc wara wenner, som i nv scriffue om Mester Peder Astronomo, at i förnummet haffve, är här i Vpsala oc brwkar mykit thet som honum eij borde in philosophica et aliis tam contra jura quam contra privilegia Ordinis vestri &c. Swa ma i wethe at nv i hösth war han aldeles widherredhe oc akthe siig vtöffver til siit conuentz closter, män fore then sivkdom skul, som honum tha bekränkte betröste han eij giffua siig til siös swa seent för liffsfare skul, swa gaff han siig epter wort radh hengat til staden at bliffve här til täss Gud fögher open watn, oc haffver han hafft siig her eij annars an erliga oc skäliga oc inghen del brvkat, ther eder orden äre til straff, oc pa thet han skulle haffve nagot holle siig med, haffuer han me[d] wore samtykkie oc epter nogre gode vnge mens begär läsit her för them Spheram materialem, hwilchet eij forbiudz i Laghen. Hade han her annenlunda stælt siig än wäl, wij wille honum thet eij tilstædie. Thet wore wäl mange andre Lekmen som wille han skulle wara them fölafftige, män han ingalunda göre wille, oc pa thet han skulle wara ther for vthan, gaff han siig hengat i bland tesse gode men wort elskelige capitel, som wethe oc med oss huru hans vmgængilse har warit. Med thet förste i waar wil han giffua siig heden utöffuer, ther twifflen inthet om. Hwar wij kunne wethe eder oc eders clösters besta, göre wij altiid gerna, eder her med Gud befalandes ok sancte Erich konger. Raptissime ex Vpsalia dominica XL:me Anno Domini MD nono, nostro sub signeto

Inscr:

Religiosis ac Deo deuotis Abbatisse et Confessori generali, Conventualibus Monasterii Vastenensis, Amicis nostris Charissimis.

(Afskrift efter "charta originalis" (som vi dock ej lyckats återfinna) af P. Hellman i Upsala Bibl.: O. Knös, Acta ad Hist. Acad. Ups. s. 137, MS in folio).

5.

Eric XIV inrättar en professur i Grekiska språket vid Upsala universitet, som han ämnar återställa, dat. Svartsjö d. 8 Juni 1566.

Wij Erich then fiortende medh Gudhs nådhe, Swerigis, Göthis, Wändis sampt flere thes tillbehöringers konungh, göre wetterligit, att effter wij hafwe udi sinnet, såsom wij och hafwe oss alldeles betencht och beslutet, att wele uprätte här uthi wårt rijke Swerige ett collegium eller universitet, ther ungdomen udi frye boklige konster oss ock menige ryksens ständer och inbyggere till ähre och tiensth mhå rätteligen institueret och uptuchtedt blifwe, hwilcket oss udi wår stad Upsale att uprätte hafwer synts lijkest ware. Så uppå thet att sådant wårt upsåth måtte udi wärcket rätteligen stält blifwe, therföre hafwe wij nu uppålagt och befallet thenne oss elskeligh M. Lars Petri, att han skall sig företaga ther läse publice bådhe elementa Græcæ linguæ och andre lectiones, som till ungdomens förmering och uptuchtning tiänligest ware kunne. Wij hafwe och gunsteligen effterlatit, att thet huus, som ligger sunnan till Upsale domkirkiegårdh och i förtijden kalledes capitellshuus, mhå her efter till lectorium eller collegiihuus anammet och bruket blifwa. Och när wij medh tijdhen kunne förfare och förnimme, att någen synnerlig tillförhning medh skickelige personer till samme upprettede collegium skee kan, så wele wij lathe förschaffe ther till flere lärde män och them medh underhåld, privilegier och annet mehre effter nödtorfften förse och försöria lathe, och wele wij här medh tage och anamme alle the, som förberörde collegium visitere och besökie, udi wår konglige hägn, beskydd och förswar för alt öfwerwåld, och skall ingen, uthi hwadh ståndh eller condition hann helst ware kann, fördriste sig till någen af them ther studerendes warde, uthenn wårt wettskap ock samplycke ther ifrån fordre eller rappe, mycket mindre nödge, widh wår ogunst och tillbörlige straff. Thes till wisse att wij hafwe alt thette förskrefne bewilliget, hafwe wij latit trycke wårt secret nedenn för thette bref och medh egen handh underschrifwit. datum Svartzö then 8 Junii, anno 1566.

Under wårt kongl. secret
Ericus XIIII. m. p.

(Afskrift utan angifven källa, dock troligen efter sjelfva originalet, med Elias Palmskölds hand i Upsala Univ. Bibliotek, Palmskölds saml. n. 281. s. 21; brefvet är förut tryckt af E. M. Fant i Observationes selectæ etc. n. XVI. s. 168).

6.

Johan. III. anslår tionde till stipendium för 12 studenter vid Upsala Universitet, Stockh. d. 25 Juni 1574.

"Wij Johan then Tridie medh Gudz nådhe etc. Giöre witterligit, at effter såsom wij aff wårt regements begynelse haffve beflithet at upretta och widh macht hålla itt Collegium och universitet wthj wår stadh Vpsala, på thet the personer med tidhen, ther med fliitt studere, och retteligen lere, och wnderuises måge,' så at the tienlige kunne bliffve till at bruka, både wthi andelige och wersslige saker gudh till ähre, oss och menige Suerigis riike till nytte och gagnn, Så ähre wij och benegne, sådant ytterligere heer effter at fulfölie, och effter at månge fattige personer finnes iblandh the förmögne, som her i riikett födde ähre, huilke med synnerligh naturligh benegenheett så och gåt minne aff gudi begoffuede ähre, the ther och haffue lust och wilie till at studere och haffve doch eij rådh till at holla sigh sielffve kost och annatt meere, som the behöffue och förnöden haffua till at hielpa och framfordra sine studia medh, therföre haffue wij aff gunst och nådhe vndt och efterlåthet, som wij och nu med thetta wårdt öpne breff (oss till een behageligh tidh) vnne och nådigst effterlåtha till sådane fattige förberörde personers nödtorfftige vppehelle, huilke vthj taledt, på thenna tidh, tolff bliffue schole, Sex läster spannemåll aff tienden, som faller vthi Ångermanneland, ther wårt cammerrådh, camererer, befalningzmen sampt wår fougthe j för:ne Ångermanneland och alle andre, som för wåre schulld wele och schole, giöre och låthe, måge weethe sigh effterrette, icke giörendes för:de personer her emott något hinder heller försorg, giffuit på wårt konungzlige slott Stocholm then 25 Junij Anno etc. 74".

(copia i Kammar-arkivet: Hans Anderssons räkenskap för Ångermanland 1575).

7.

Johan III:s konstitutions- och privilegie-bref för Upsala universitet (odateradt förslag).

Nos Johannes tertius, dei gratia, Svecorum, Gothorum, Vandalorum etc. rex, universis ac singulis cujuscunque status, gradus, dignitatis, præeminentiæ, conditionisve fuerint, ad quorum notitiam hæ nostræ pervenerint, in perpetuam rei memoriam notum testatumque facimus: Quemadmodum nobis ab eo tempore, quo dei omnipotentis singulari providentia et clementi benignitate ad regni Suetiæ administrationem pervenimus, nihil prius fuit neque adhuc est, quam tum ut multa civilia ornamenta hisce superioribus annis fratris nostri Erici XIIII. Svecorum quondam regis sub imperio partim ob diuturnum illud bellum, quod inter hæc vicina Svetiæ, Daniæ et Norvegiæ regna in annos septem gerebatur, partim dicti Erici regis ejusque malorum consiliariorum pessimis consiliis vel deleta vel quassata dei auxilio nostra cura et diligentia restituerentur ac munirentur, tum vel maxime, ut religio ac doctrina christiana hisce postremis mundi temporibus serenissimi ac potentissimi principis ac domini, domini Gostavi Suecorum Gothorum Vandalorum etc. regis, domini parentis nostri carissimi et desideratissimi, inclytæ memoriæ, sub imperio divina misericordia in hisce septentrionalibus Suecorum et Gothorum regnis rursus a multis erroribus Pontificiis repurgata accensa et vero nitori restituta conseruari, pura et incorrupta seram ad posteritatem transmitti possit [non potest enim dissimulari aut negari multos articulos doctrinæ Evangelicæ ita repurgatos esse, ut satis appareat diuinitus hanc lucem ecclesiæ redditam esse] *: ita considerantes Academiam oppidi nostri Vpsalie ante annos abhinc centum fere graui et optimo quodam majorum nostrorum consilio constitutam, erectam et fundatam, privilegiis ornatam et confirmatam, non sine magno regni Suetiæ malo ac detrimento temporum injuria neglectam et collapsam esse, coepimus de illa schola dei optimi maximi auxilio reformanda atque instauranda cogitare, ut esset aliquis illustris locus, ubi studia doctrinarum vigeant, ubi vera in omnibus disciplinis et necessariarum linguarum atque artium doctrina integre ac ordine tractetur ac conservetur, et inprimis ut essent publici coetus, qui integre scripta prophetica et apostolica, historiam ecclesiæ, certamina omnium temporum et

* Parenthesen *non potest - - redditam esse* är tillskrifven i kanten.

controversiarum gravissimarum dijudicationes noverint et testes sint posteris acceptæ sententiæ ab autoribus probatis. In hanc cogitationem eo magis pervenimus, tum quod videamus summam esse maximæ partis in genere humano securitatem et ingratitudinem erga salutare dei verbum, tum quod intelligamus in exterarum nationum Academiis non solum voluntates ac studia doctorum disjungi et distrahi, sed etiam consensum de doctrina dirimi disputationibus leuibus periculosis et non necessariis, atque ita turbari communem tranquillitatem, involvi obscurari ac labefactari veræ doctrinæ coelestis scientiam, nouas corruptelas in ecclesiam dei induci, partim ex privato odio atque invidia, partim ambitione et excellenti cupiditate, partim studio partium. Hæc autem mala a nostris regnis averti, puritas [ɔ: -tatem] doctrinæ coelestis hactenus constanter in hisce oris servata [ɔ: -tam], velut præclarissimum et fidelissimum depositum nobis commendatum, conservari et juventu[tem] ad ecclesiæ atque reipublicæ usum recte institui ac doceri accomodatius posse non existimavimus, quam si publica universalis schola instituatur. Cum imperia non tantum vi et armis, sed religione, legibus et disciplina regantur et conserventur, sicut omnibus temporibus pii principes et reges his ipsis de causis cum bonarum artium atque disciplinarum studiis veræ religionis et doctrinæ coelestis conservationem et propagationem fouerunt, juvarunt ac promoverunt, Nos quoque hoc officium in ornandis et juvandis studiis doctrinæ ecclesiæ, artium et linguarum, quæ illi doctrinæ illustrandæ servire debent, deo optimo maximo, librorum propheticorum et apostolicorum lectionem et interpretationem toti generi humano seueris mandatis commendanti, nos primum omnium debere gratissimo erga deum animo agnoscimus et fatemur, deinde patriæ nostræ hisce regnis nostrisque subditis, quorum egregia et præclara in nos hisce temporibus fides et virtus probata est, hanc gratiam referendam esse duximus, ut hæc regna, quantum possimus maxime, veris bonis et ornamentis condecoraremus. Magna sane ornamenta sunt regnorum copia rerum necessariarum ad vitam tuendam, multitudo, robur gentis, opes, munitiones, civitates, arma, apparatus, quæ quia incurrunt in oculos et per se quidem sunt necessaria, a plerisque ita considerantur atque magni fiunt, sed alia sunt tamen longe præstantiora decora ac verius imperiorum ac politiarum nervi, leges, disciplina, judicia, boni mores, neque hæc tamen adhuc absoluta bona sunt, nisi in iis ipsis imperiis et politiis ecclesiæ et studia floreant. Quapropter ut hisce nostris regnis et præsentibus et futuris temporibus rectissime consulatur, nos ad divini verbi explicationem, conservationem et propagationem, ad controversiarum gravissimarum dijudicationes, ad doctrinæ falsæ, errorum, corruptelarum et sectarum cum verbo dei et vera doctrina eccle-

siæ pugnantium refutationem, ad artium et linguarum, quæ ecclesiæ inprimis necessariæ sunt, illustrationem, ad veram christianam religionem, disciplinam, honestatem et modestiam tuendam atque ita in honorem et gloriam dei et salvatoris nostri, in totius regni nostri subditorum et juventutis publicam utilitatem et commodum Academiam et Scholam universalem in oppido nostro Vpsalia reformare, restituere ac instaurare voluimus et tenore præsentium, quod felix faustum et fortunatum sit, eam reformamus, restituimus et instauramus. Addidimus quoque honesti ordinis et publicæ tranquillitatis, concordiæ atque amicitiæ servandæ causa leges, quæ omnes et singulos, qui volunt ejus Academiæ membra esse ibique versari, in officio contineant. Summa et legitima autoritate Academiam munivimus et privilegiis ornavimus atque confirmavimus.

Volumus itaque, ordinamus et statuimus in Dei omnipotentis nomine, ut inposterum in Universitate nostra Upsaliensi hæc sequentia ab omnibus et singulis cum scholasticis tum professoribus eius academiæ summa cura, diligentia et studio [serventur]*. Primum quia bene constitutæ Academiæ quatuor distinctis collegiis constant, Theologiæ scilicet, Juris, Medicinæ et Artium, quibus linguarum studia includuntur, nos eandem distinctionem a majoribus propter multas causas excogitatam retinere voluimus, facultatibus singulis idonea loca et lectores destinantes. Professorum itaque alii tradant juventuti Latinam linguam et artes dicendi ad puram et natiuam Latini sermonis formam, ad rationem recte atque ad veterum imitationem scribendi, quantum fieri potest, assuefaciant; alii Græcæ et Ebreæ linguæ autores proponant, quod hæ linguæ fontes doctrinæ ecclesiasticæ contineant; alii Mathemata et veram philosophiam illustrabunt. Alii denique explicabunt doctrinam ecclesiæ, juris civilis et artis poeticæ, ut non desit facultas cupidis discendi ullam partem disciplinarum, quæ in bene constitutis Academiis proponuntur et vitam hominum aut regunt aut ornant.

Ex his professoribus eligendus est die Michaelis Archangeli annuus magistratus, Rector Academiæ, cui omnes subjecti erunt. Penes eum jus esto tuendi disciplinam, convocandi senatum collegii ad deliberationes, taxandi errores tam collegarum quam scholasticorum, exercendi judicia secundum leges Academiæ et honestatem publicam [*et puniendi contumaces atque vagabundos, qui sine studio literarum oberrant nec audiunt ullas prælectiones privatas aut publicas nec discunt ullam honestam artem, item alios sceleratos*]**. Item horas et materias distribuat Rector professoribus et coetera disponat, quæ ad bonum ordinem in exercitiis disputationum, declamationum, vitæ atque conversationis faciunt. Jura-

* Ordet är nästan utplånadt.

** Hvad vi tryckt med kursivstil är i conceptet öfverstruket.

mentum autem tum professores, cum in collegium* assumuntur, tum studiosi, cum nomina dant Rectoribus, præstabunt Rectori se seruaturos leges Academiæ sequentes.

Cum autem in scholastico coetu multi sint rudes et aliqui feri et contumaces, attribuimus etiam Rectori ac gubernatoribus Academiæ potestatem politicam cohercendi et puniendi contumaces, qui ad eorum jurisdictionem pertinent, exceptis causis *criminalibus seu** capitalibus. Reos itaque re inquisita et cognita in judicio Rectoris pro modo delicti aut carceri includent aut relegabunt aut excludent ex Academia tamquam infames, ut judex armato [ɔ: -tus] gladio majore severitate eos propter mandatum dei et propter pacis defensionem puniat**.

Quemadmodum vero volumus gubernatores Academiæ nostræ in censura et gubernatione morum vigilantes et severos esse, (qua[m] ad legem necesse est accedere executionem poenarum adversus contumaces et feros), ita quoque volumus, serio mandamus ac præcipimus omnibus et singulis, qui membra sunt illius academiæ et in ea commorari decreverint, ut debitam obedientiam magistratui scholastico, rectori et professoribus exhibeant atque præstent.

Nominatim pronuntiamus perjuros et infames esse eos, qui retenti mandato Rectoris seu aresto, ut vocant, contra voluntatem Rectoris hinc discedunt, sicut et eos, qui legitime condemnati contumaciter detrectant autoritatem Rectoris nec sententiis Rectoris parere volunt.

Volumus Rectori Decanum in singulis Facultatibus adjunctum more Academiarum, qui suffragiis collegii eligatur, cujus officium est cognoscere libros edendos, referre causas suæ facultatis ad Rectorem, servare sigillum Facultatis et librum continentem nomina Professorum, quo anno venerint. Quotiens convenerint, collegarum roget Decanus sententias ordine, quo in Collegium singuli adscripti sunt. Decani videre debent, ut testimonia doctrinæ et morum, quæ tribuuntur, idoneis dentur bona fide. Nulla disputatio aut declamatio proponatur publice, non inspecta a Decano aut Magistris, quorum judicium probat Decanus.

Nolumus materias futiles et inhonestas proponi, nolumus et sugillari quemquam docentem in ea Academia aut manifesta criminatione lacerari et accendi discordias hoc more disputandi aut declamandi, qui institutus est, ut prosit juventuti ad eruditionem et ad virtutem, non ut lividorum affectibus et petulantiæ serviat.

Ut autem eo melius constet, qua ratione leges seruentur, aliquot capita complexi sumus, quibus omnino volumus, vt omnes et singuli qui

* Här var förut skrifvet *catalogum*.

** *Reos* - - - *puniat* äro tillagda i kanten.

nostra in Academia versaturi sunt pareant, quibus qui non volent obtemperare, hos a coetu modestiorum remoueri volumus, nec deerimus nos nostro erga tales obedientes officio, vt intelligant omnes velle nos omnes et singulos obtemperare mandatis suorum gubernatorum.

Primum professores fideliter et recte docebunt eam doctrinam, cujus propagatio illis commendata est; inter docuedum studiosam juventutem ad pietatem erga deum, patriam, parentes, præceptores, ad munditiam atque gestus convenientes assuefaciant. Et hortatores sint adolescentium, ut ordine et diligenter discant linguas et omnes artes, quæ his comprehensæ sunt, et assuefaciant adolescentes ad quærendos fontes doctrinarum, quæ ecclesiæ et communitati necessariæ sunt.

Cum vero omnes labores ad ecclesiam fouendam, tuendam et servandam præcipue referendi sunt, nec minor sit virtus doctrinam celestem puram et incorruptam tueri quam eam quærere, suscipere et mandare, ne juventus pravis et periculosis opinionibus inficiatur et traducatur, itaque volumus, vt omnes professores et quicunque membra nostræ academiæ esse volunt in docendo, scribendo, disputando retineant et propagent veram sententiam legis et evangelii juxta scripta prophetica et apostolica et symbola Apostolicum, Nicæanum, Athanasii et Ambrosii, et, sicut ea doctrina in confessione Augustana suo simplici et genuino in sensu intellecta breviter comprehensa est, ad quam se semper referant, consensum de doctrina ecclesiæ, quem complectitur hoc regnum, et sicut ea doctrina in confessione imperatori Carolo V exhibita a principibus Germaniæ in conventu Augustano anno Christi MDXXX pie sequantur. *Eam enim doctrinam ecclesiarum nostrarum speramus esse purioris antiquitatis et veræ ecclesiæ doctrinam. Audiant igitur vocem dei sonantem de coelo ac præcipientem, ut filium docentem audiamus.

Non gignant nova, non varia inferant, sed depositum custodiant et novitates atque absurditates, quæ a vera fide abstrahunt, vitent et corde, ore et manu improbabunt omnesque corruptelas et errores cum illa confessione pugnantes, sive jam coeperint sive futuri sint, quocunque nomine vocentur, fugiant nec quicquam contra eam doctrinam tentabunt vel palam vel domi quacunque ratione. Et volumus itaque, ut in docendo, Theologi vitent dissimiles, perplexos, ambiguos, novos, a canone scripturæ et testimoniis orthodoxis, quæ gravi auctoritate recepta et comprobata sunt, discrepantes modos loquendi, qui involvunt et obscurant dogmata, consensum de doctrina dividunt, erroribus fenestram aperiunt, voluntates disjungunt, operas et studia distrahant et licentiam

* Vi våga ej afgöra, om följande mening blifvit på sin rätta plats insatt. Conceptet är här ytterst svårt att hopsätta genom mängden af rättelser och tillägg.

audaciamque quævis fingendi in levibus ac petulantibus ingeniis confirmant. Qui fanaticis opinionibus imbutus esse deprehenditur vel aliquam corruptelam vel sectam in ...... * defendere vel tueri repugnantem dictæ Augustanæ confessioni, nisi admonitus resipuerit, non sinatur nostra in academia, sed e vestigio detundi debet. Nihil enim perniciosius rebus publicis [quam] teneræ ætati præesse, qui noxias suas opiniones spargant, quibus quasi contagio[ne] juventus inficitur et seminarium quoddam pravarum opinionem [in]stituitur. Theologi ratione officii sacrosancti monebunt, cavebunt et deo juvante avertant, quantum poterint, ne agnita veritas et confessio doctrinæ in ullo articulo depravetur et mutetur. Et quisque veritatem acceptam et solus et cum aliis servare studebit.

Quia etiam volumus, ut nemo professorum famam academiæ vel collegarum contumeliosis scriptis aut sermonibus lædant vel struant insidias adversus quemquam, non adjuvabunt factiose oppugnantes alterius dignitatem. Sed sit vera benevolentia inter collegas tamquam fratres, quæ concordiam alat et tueatur, tribuant doctoribus et collegis suo cuique loco debitam reverentiam et quantum in ipsis sit officiose communem concordiam tueri studeant. Nam quamvis summe concordes fuerint, tamen magnum erit ipsis negocium, ut bona et salutaria sua in officio Dei auxilio præstent. Quid ergo futurum erit, si inter se discordes et dissentientes fuerint? Omnibus temporibus serit Sathan discordiarum semina, et languescit veritas spiritualis, nisi Deus eum conseruet.

Ut autem præueniatur periculosis et prauis contentionibus et dissensionibus in vera religione volumus, si forte, quod Deus clementer auertet, inter universitatis nostræ professores dissensio in doctrina religionis orietur vel aliquis præsumserit temere in doctrina novare aliquid quod repugnet justo verbo dei, Augustanæ confessioni eiusque apologiæ et nostræ in nostris ecclesiis ...... * et ad bonorum aliorum collegarum et professorum admonitiones opiniones et consilium suum mutare noluerit, de ea re nobis reliqui significabunt, et interea tales personæ a tam periculosis sermonibus et scribendo sub genuissima indignatione nostra omnino abstineant. Quia vero iudicium doctrinæ de religione ad ecclesiam refertur, volumus eo in casu eiusmodi dissentionum et controversiarum causam in conuentu aliquo piis et doctis hominibus ex senatoribus, consiliariis, professoribus, superintendentibus et pastoribus nostri regni iuxta verbum Dei pie discutiendam et dirimendam committemus.

Quod si aliqua vocatio seu conditio in nostra universitate vel morte vel alio casu vacau[erit], Rector et professores et precipue decanus et senior facultatis, in qua hic casus factus est, nobis hoc literis signi-

---

* Ordet är oläsligt. Hela satsen är för öfrigt, som lätt synes, anakolutisk, hvilket äfven gäller om den följande.

ficabit et aliquos, qui ad lectionem suscipiendam idonei fuerint: nos re deliberata unum eligemus et vocatione professorum ......* nostra premissa clementer suscipiemus. Quod vero nobis de aliquo magis idoneo quando constiterit, quam qui nobis significatur et haberi possit: tum reseruamus nobis ius eum uocandi et in professorem assumendi, nihilominus tamen professorum consilium et deliberationes clementer audiemus.

(Samtidigt concept på papper i RiksArkivet bland Academica Upsal:a, Tom. I. Det har ej lyckats oss att af handstilen utröna, till hvilken tid af Johans regering, som handlingen hörer, ej heller att afgöra, om den är defekt, då texten tyckes jämt utfylla conceptets sista sida).

8.

Professorerna i Upsala till rikets råd (något före d. 15 Januari 1593).

Ädle och wälborne herrer, wår ödmiuke och trogne tienstwillighett skal E. H. altid wara redebogen. Ädle herrer, E. H. wethe wij fattige män både på wår så och hele församlingenes wegne på tedh ödmiukeligste och flitigeste til att betacke för then christelige och önschade suuar, som E. H. sampt medh then högborne Furste och Herre, Hertig Carl, senest i Stockholm om concilio och collegio gunsteligen utgåfwe. Och efter wij fattige män förnemligen på tenna hugnelige tilsegningh os til att wårt ombetrodde kal på tedh flitigste och troligste förestå och föresagde consilij tidh afbide, igen hafwom begifwidt, och såsom wij fattige män ofta tilförene hafwom klageligen tilkenna gifwidt, ährom icke alenest vtfattige och nödstälte, vtan och myckit gälbundne, och wår fulla tilförsynn, näst Gudh, hafwom till E. H., att wij förmedels E. H. höge och flitige förfordring vthur thenne iemmeren och daglige qualet mågom warda förlossade, teslikes och til E. H. wisserligen förhåppoms, att E. H. icke os fattigom män och wår fattige wårdnådh wil lathe til tetta tilstundande mötet sitie snuppeligen oförsorgde, vtan myckit heller ther til förhielpe att wij mågom hafwa wår nödtorfter, så och wåre slekt och wener, som på then tiden os besökende warda, kunnom vnfå, terföre ähre wij fattige män til E. H. samptligen på tedh ödmiukeligste och flitigste bönfalne, att E. H. wärdes för Gudz, rättwi-

* Ordet är oläsligt.

sones, eders christelige warkunsamhetz sampt wår store nödh och trångmåls skul gunsteligen os förfordra, att wij både vår åtherstäd mågom bekomma, så och vppå tetta åhrs vuderhalning mågom blifua förwissade. Sådana E. H. christelige warkunsamhetz gerningh warder Gudh then alzwoldigeste E. H. rikeligen wedergellendes, vthi huilkens gudomlige bescherm wij fattige män E. H. sampt E. H. höge öfwerwägande och hele wårdnadh welom på tedh ödmiukeligeste hafua befalet.

E. H.

ödmiuke och tienstwillige

Professores vthi Vpsala.

(Original i RiksArkivet bland «Akademi Kanslerers och Kons:i Acad:i i Upsala skrifvelser 1593—1718»; a tergo: «Professorernes begeren om theres åthersted och underhold den 15 Jan. a:o etc. 93 inlagde»)

9.

Odateradt betänkande af professorerna om Universitetets och undervisningsväsendets ordnande, troligen affattadt under tiden mellan Upsala möte och följande bref af 1 Augusti 1593.

Vnderdånig berättelse, hwr man förnämlighen några aff thesse punchter eenkanneligheu åstundar och begärer, therom man förnimmer några fåå kunna haffwa ytermera betänckiande.

Om vnderhåldh.

Wisse och stadighe vnderhåld begärar man icke, såsom een part föregiffua, för ährgirigheet, stoore fordeel och eghen nytto skuld, vthan förnämbligen för thesse orsaker

1) Efther Capitle[n] ähre myckith förswagade, widh Academien feeles ännu Professores, scholerne ähre ännu mestedeles ynckelighen besättne, och så länge owisse och ostadighe vnderhåld äre widh thesse kallen, ähr ingen som något lärdt haffwer, hwilken gärna sigh thervtinnan bruka låther, vthan hwar drager sigh vndan till annor kall och myckith heller sigh på landzbygden nidersättia. Therföre att församblingenes förmän, här igenom bliffwa förorsakade till att vpsökie skickelighe pärsoner vidh hwart kall, och the siälff krafde och godwillige finnas till att widertaga, är aff nöden att man wist och stadight vnderhåld warder förwissat.

2) Att öffwerheten må theste högre rätt haffwa till att ther medh insee och straffa, ther icke skickelighe pärssoner hwardt kall besittie, eller the oflitighe vthi thetta ämbete befinnas.

3) Theslikes att öffwerheten måå medh myckit onödight och fåfängdt omach och förtätteligh offuerlopp bliffwe förskonte och theste bätre tilfälle haffwe till att theras höge kall effthcrkomma.

4) Ytermere att the som församelingenes embete besittia, icke antingen ogärna theres kall och åhörare, inthet vthan stoor åsaknath, skada och förargelse, nödgas försumma, eller medh suckan förarbete, vtan måge haffwe lägenheet så och hugh och willie till att gladelighen och flitelighen göra theras ämbete, effther the om födan äre obekymradhe, och här igenom från månghe resningar, tillhoffwaliggningar, tidenötande, stoor bekåstningh och myckit omack warda förlossade, och således theras åhörare nämbligen vngdomen vthi academien och scholerne rätteligin uptuchta, läre, underwise och öffwe.

5) Att läroämbete måghe behålla sin tilbörligh ähre och myndigheet, hvilken ther igenom icke ringa warder förklenath, att församblingenes förmän hoftrapparne offte nöte och een och annan nodgas om förfordringh bemöda, och hwar igenom fast månge ifrå thesse kallen ähre wordne afskreckte och ännu dagelighen afskreckias.

6) Att tilförene några resor både vthaff höglofflig i hugminnelse saligh konung Gostaff och konungh Johan sådana ordningar på wisse och stadige vnderhåld äre i wärket stälte och mestedelen öffwade; men för någre fåås affwundh och egen nytto om kullslagna, såsom vthaf E. F. N. sampt the the wälborne Herar [chris]teligen och wääl sådana ordningh uptagith haffwa til sinnes warith och nu nylighen vnder händer hafft, men alt här till igenom annor högre bekymmer förhindrat, hwilket dogh hwar [thet] utaf E. F. N. sampt the wälborne herrar fulkommelighen ändas och i bruket föres, warder thet E. F. N. sampt the wälborne herrar berömligit, och hela församblingen, dogh förnämbligh prästeskapet hugneligit och wår wederpart sorgeligit och förfärligit. Hwar och icke kunne wij see, hwad församblingenes tiänare haffwe för ith welkoor i framtiden förmoda, befinne wij alrede att månge för fatigdoom och älendigheet skuld nödgas theras kall vpsettia med församblingens skada och wår wederparts högste glädie och åtlöie.

Om Academiæ Rättigheter.

Thetta begärer man ingalunda therföre att wij förtänckte ähre vngdomen vthi siälffzwåld inryma, eller någrom vthi sin onsko styrkie eller till tresko och olydno emoth någrom förorsaka, vthan efther icke alenast alle Academier, vthan och scholer vthi christenheten ytermere priwile-

gier ähn man här medh begärer altidh haffwa åthnutith och än åthniutha, och icke möieligit är att man widh professionen bliffue kan eller ungdomen vnder skäligh agha till studeringen långhwarachtigt förhalla, medh mindre att sådana tilbörlighe friheeter och rättigheter warda efterlåthne.

Om Academiæ Cancellario.

Vthi mestedelen aff the vthläntske academier är een aff siälffwe förstern, som academien vnderhålle, och ther jämpte academiæ Cancellarius, hwilken i alle promotioner antingen i eghen persson tilstädes ähr eller tilförord[nar] een vice Cancellarium, af hwilkom decanus både tilförene så och vthi siälffua promotionen förlåff och tilståndh måste begäre till att hålla promotion. Till thenne cancellario skiutes och alle twistige saker, som af senatu academiæ icke kunne förrättas, och then något hafwer emoth academien, besöker ingen annan allena cancellarium; Men huru storlighen i thenne wår tidh aff nödene ähr, att academien någon myndigh politisk herre af wår religion haffwe till Cancellarium, then till hoffwe hwadh som fhele kan fordrar, och hwad klagomåål vppå komma kan lagheligen förhörer, för än thet till hoffwa vpföres, stelle wij till alle förståndhighes höge betänckiande, efther wår enfålligheet kunne wij någorlunde see, vthi hwadh fare academien medh tidhen will ståå, om hwar och een besynnerliga vtaf wåre affellingar som haffwa fritt tilträde måghe hvem them synes till hoffwa angiffwe, och huru lätteligbe icke alenast i synnerheet några academiæ pärssoner kan komme på fall vthan heele academien ödeläggias eller medh andre skadelighe pärssoner vpfyllas.

Om Scholemästare till att förhöras i Academien och haffwa medh them vpseende.

Thetta begärer man ingalunda till att sökia någon högheet eller welde öffwer någon, myckit mindre till att församblingenes förmän förringa och theres digniteet och myndigheet i någon måtte förklene, hwilkom man gärna all tilbörligh ära och lydno will bewisa, vthan för höghwichtighe och i thenne tiden högnödighe saker skuldh.

Ty först är i sanningh, att een tidh långh mästedelen i hele rycket fast swaghe och otiäneligbe scholemestare waridt haffwa och än ähre medh ungdomzens fördärff och menighe församblingenes och annor kalls alsomstörste åsaknath. Och ändog trångzmåål een vrsack ther till finnes kan, therföre att ingen aff gemene warder underhållin, ungdomen besöker inthet academien inrijkes, och the som henne besökie för fattigdom skuldh ther inthet kunde städias, draghe olärde till Tysklandh och komme föge

bäter ighen, dogh likväl finnes twenne förnämblighe huffwud vrsaker, bådhe till thenne nödstältheten, och till hele handelen.

Then förre att man scholemestare haffwer oexaminerade och opröffwede tilsa[tt], ther igenom vngdomen, som antingen hemma eller i främmande landh studerer och till att bliffwe scholemestare ähre tilförtänckte, dogh likwäl lithet eller inthet sigh ther till bereder, vthan lijthe på frendskap, gunst och wänskap, item på hofförfordringar, på präntet magisterbreff, hwilke the nu medh stoore missbruck vthländes lätteligen bekomma och sedan theruthaf sigh förhäffwa, studera någoth i the högre konster, på thet the icke aldeles skole synes olärde, men thet som förnämblighen bör läsas i scholerna haffwe the inteth actat. Således ähre mestedeles i förledne åren til scholerne komne, och andre som fast tiäneligare ähre, the gåå brede weder tiänstlöse ij hunger och armodh.

Ego Johannes Skytte in Grönsö et Elfvesiö, regni Sueciæ Consiliarius et Eques auratus, universis et singulis tam natis quam nascituris et ad quos hæ literæ pervenerint testatum facio. Cum augustissimo rerum omnium creatori nihil sit acceptius, nihil gratius, quam ut eidem pro collatis in nos miseros mortales beneficiis gratitudinis, si non condigna, saltem qualiacunque τεκμήρια prestemus, et divinæ suæ majestatis in me extiterint beneficentiæ et clementiæ documenta inusitata, omnium, quos hic sol aspicit, essem negligentissimus, si huic rerum omnium tam coelestium quam terrestrium largitori liberalissimo nullum gratitudinis signum reponerem. Et cum pie et præclare de Deo ejusque voluntate sentientes salutarem hanc opinionem fovere soleant, sacrosanctæ suæ majestatis vehementer placere, si fructus earundem rerum, in quibus tractandis benedictionem divinam cumulate abundeque experti sunt, si, inquam, earum fructus deo præpotenti reddant, quis mihi vitio vertet, si cum ex amplissimo artium liberalium et disciplinarum variarum, quibus ante hac incubui, studio immensas per Dei benignitatem utititates retulerim, infinitas commoditates perceperim, exiguam grati animi portionem gratitudinis declarandæ causa, tum ut Dei honos augeatur, tam ut literariæ officinæ dignitas vehementius amplificetur, contulero? Fateor, immo vero profiteor, stupenda planeque admiranda augustissimæ suæ majestatis in me collata fuisse beneficia. Quod quidem ex eo luculentius apparet, quod postquam bonis artibus et disciplinis totum me consecrare cœpi, nulla intervenerint impedimenta, quæ me a studiorum cursu penitus avocare potuerint. Agnosco quoque singularem divini numinis in eo propensionem, quod cum sumptus ad tam salutare negotium felicius expediendum largissime mihi fuerint exhibiti, toto eo tempore nunquam caruerim præceptoribus, qui ardorem rerum literarium promoverent, ut interim silentio prætercam, quod nobilissima Europæ regna et provincias peragrando, eorundem quoque academias perlustrarim, et in ijs cum hominibus præclaris de præclaris rebus et ad vitam

hanc caducam et fragilem rectius gerendam accommodatis contulerim. Neque vero peregrinationis longinquæ minor erat fructus, quod regibus, principibus aliisque orbis terrarum dynastis tum innotuerim. Divinæ clementiæ favor terminis hisce minime contineri potest, etenim cum post varias profectiones Suecis meis anno Millesimo Sexcentesimo Primo restitutus essem, non in obscurum quendam locum detrusus, sed in clarissimam regiæ aulæ lucem delatus et serenissimo Suecorum Gothorumque rege Carolo, ejus nominis nono, adhuc vivente, serenissimi gloriosissimique ejus filii Gustavi Adolphi, domini mei clementissimi, qui iam rerum potitur, educationi integrum novennium adhibitus fui. Injunctum quoque mihi fuit, ut illustrissimi principis Johannis, Ostrogothiæ ducis, nec non illustrissimæ ejusdem conjugis, Mariæ Elisabethæ, educationi et institutioni præessem. Cujus quidem educationis omnium difficultatum plenissime ea retuli præmia, ut nominatus sempiternæ recordationis rex Carolus insignibus, juribus et privilegiis nobilitatis me ornavit, bonis et terris hæreditario jure possidendis cumulavit, meaque opera, cum in conventibus regni publicis, tum in legationibus ad orbis Europæi reges, principes et res publicas anno Millesimo Sexcentesimo Decimo uti voluerit, quorum profecto insignem et nullo unquam ævo inter morituram expertus sum liberalitatem.

Ac licet post serenissimi regis Caroli obitum variæ patriam nostram charissimam exceperint calamitates, varia bella, adeo ut rerum maximarum difficultate deterritus, aulicæ vitæ splendorem vel potius miseriam merito aversari, meque ex eadem aulica vita subducendo in tranquilliorem vitæ functionem debuissem conferre, præpotentis tamen numinis benignitate, animus is mihi concessus est, ut in tantis periculis patriæ, quæ tum triplici bello implicata erat, puta Danico, Muschovitico, Polonico, animum non desponderim, sed ad ejusdem patriæ commoda omni ratione procuranda vehementius inflammatus fuerim, passusque meis humeris gravissimis istis et pæne desperatis temporibus cameræ consiliarij munus, aliis id tergiversantibus, imponi, quod quanta molestia et invidia per integrum triennium sustinuerim, non opus est referam. Et cum tandem serenissimi regis mei favor, Anno Millesimo Sexcentesimo Decimoquarto, ab hoc molestiarum et livoris plenissimo munere liberatus essem, tantum abfuit, ut in domestico otio consenescere licuerit, ut etiam mox et nulla interveniente mora, aulicorum consiliariorum numerum cooptatus et supremi regii iudicii, quod in regno Sueciæ est, assessor declaratus atque ad regem Daniæ magno et honorificentissimo comitatu ad regis mei jussa exponendum anno insequente fuerim ablegatus, cujus quidem legationis ea fuit utilitas, is fructus, ea felicitas, ut regum animos ob bellorum motus antea exacerbatos ad concordiam in posterum alendam

magis magisque instigarim, binosque reges fraternitatis vinculo inter se copularim, ut omittam, quod ipse regis muneribus collocupletatus domum redierim.

Neque vero serenissimi mei regis in honoribus meis augendis vel potius immortalis Dei favor hic conquiescere potuit. Etenim cum senatorum regni numerus vehementer esset diminutus, placuit serenissimo meo regi, ut una cum nonnullis aliis in ordinem senatorium, et quidem in comitiis Örebrogiensibus anno Millesimo Sexcentesimo Decimoseptimo celebratis, cooptarer. Post paucorum mensium decursum legationis munus mihi fuit injunctum, in quo itinere tam inusitata et immensa Dei omnipotentis mihi exhibita est clementia, ut cum serenissimus rex Daniæ bis mihi fuerit adeundus, serenissimus rex Magnæ Britanniæ compellandus, cum illustribus et præpotentibus ordinibus confœderatarum provinciarum Belgii mihi fuerit tractandum, cum denique in eodem itinere nonnullos imperii Germanici principes et liberarum civitatum moderatores inviserim, nullum licet difficillimo anni tempore senserim incommodum, omnes quæ tum videbantur imminere molestias superarem, atque adeo non solum a dicto Magnæ Britanniæ rege, honore et titulo equitis aurati ornatus, verum in reliquis etiam magnis muneribus cumulatus, in patriam salvus atque incolumis pervenerim. At licet enumerata beneficia sint stupenda et admirationis et laudis plenissima, non minorem tamen merentur laudem et celebrationem, quod per Dei gratiam et contra patriæ hostium copiose in me, licet immerentem proque serenissimi regis et patriæ atque adeo omnium ordinum honore, apud exteros reges et principes decertantem, effusa maledicta ac criminationes publicas et aliorum etiam fortunæ meæ invidentium machinationes hactenus invictus constiterim, quod laudatissimi et bellicassimi mei regis, tum in honoribus ut dictum est, tum in reditibus augendis aliisque in rebus expertus sim liberalitatem vere regiam et favorem singularem, quod in matrimonio felix extiterim, cum ob conjugis probitatem, tum ob liberorum numerum, quos non sine summa animi voluptate animadverto a literarum studiis minime abhorrere, quod denique omnibus iis rebus, quibus in hac vita fragili opus habemus, abundarim. Quæ cum ita sint, merito exclamare possum, indignum plane me esse tot miserationibus divinis, adeo quidem ut verendum mihi sit, ne Dei præpotentis vindicta sit me invasura tandemque oppressura, si ejusdem bonitatem quam diu vixero non celebravero, si eidem pro tot tantisque bonis nullum animi grati et devoti signum exhibuero.

Quam ob rem cum dictarum causarum commemoratione contemplationeque commotus, tum eo potissimum excitatus, quod qualiscunque illa opera, quam deo perficiente Eloquentiæ et Politices studiis exer-

cendis consecravi, maxima ex parte regum, principum et aliorum benevolentiam conciliavit, fortunas auxerit; vigore præsentium literarum statuo et ordino, ut ex reditibus meis et facultatibus Professor Eloquentiæ et Politices in Academia Upsaliensi in perpetuum honorifice sustentetur, alatur, prouti fusius in literis donationis meæ super reditibus in nunc usum consecratis et conditionibus, quas sartas tectasque custodiri velim, animi mei voluntas clarius est expressa et omnibus ante oculos collata. Quemadmodum vero sancte religioseque profiteor me in negotio hoc instituendo et perficiendo non duci ulla ambitione, sed hoc potissimum spectare inque eo summa cautionis diligentia elaborare, ut Deo ter Opt. Max. portiuncula quædam gratitudinis a me præstetur, ut meo etiam exemplo alii, qui ex studiis insignem utilitatem retulerunt, ad eadem juvandum et promovendum inflammentur; ita Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum, Dn. *Gustavum Adolphum*, regnorum Sueciæ, Gothiæ Vandaliæque regem, magnum Finnoniæ principem, Esthoniæ Careliæque Ducem, Ingriæ dominum, regem meum clementissimum, nec non S:æ S:æ R:æ M:tis in regno Sueciæ posteros et successores humilime et ea quæ par est animi subjectione rogo, compello, ne patiantur promptitudinis hujus meæ cursum ullo modo vel cohiberi, impediri, retardari, vel quod deliberato consilio, certa animi conscientia, atque adeo constanti ratione in voluntate factum et in hos salutares atque pios usus collatum est, malevolentissimorum hominum fraude et dolis in alios usus transferri, inverti, vel omnino auferri, summa cum Eloquentiæ et Politices studiosorum jactura et detrimento. Illustres ibidem et generosos regni Sueciæ Senatores collegas meos sempiterno reverentiæ cultu prosequendos per quam officiose obtestor, et cum ab iisdem tum etiam ab insequentium temporum regni Sueciæ senatoribus, quanta possum animi obtestatione, postulo, ut authoritatis suæ clypeo hoc qualecunque dispositionis meæ munus tueantur et defendant. De aliis quoque regni suecani incolis, cujuscunque tandem ordinis et eminentiæ fuerint, potissimum vero de iis, qui literarum promovendarum amore et desiderio tenentur, hoc mihi persuadeo, illos numquam permissuros, ut academia Ubsaliensis donationis meæ fructu et emolumento careat. Atque ut omnibus constare possit, hanc esse plenissimam atque adeo irrevocabilem meam voluntatem, manus meæ subscriptione et sigilli appensione literas hasce communiendas censui; quibus filii mei carissimi bonis artibus sedulo iam invigilantes, puta Johannes, Benedictus et Jacobus Skytte, nomina sua apposuerunt. Imo vero ut omnibus de hac mea voluntate cumulatius innotescat, utque dispositionis hujus meæ legittimæ sint testes locupletissimi, illustres et generosos dominos, Magnum, Comitem in Wisingsburg, liberum Baronem in Ridboholm et Axholm

Equitem auratum, Archidapiferum et Regii Judicii præsidem, Abraham comitem in Wisingburg, liberum Baronem in Ridboholm, Carolum Caroli Gyllenhielm, Ammiralium, liberum Baronem in Berquara, Dominum in Sundboholm, Axelium Oxenstierna, Cancellarium, liberum Baronem in Kimitho, Dominum in Fiholm et Tidöö, Equitem Auratum, Nicolaum Bielcke, Regiæ cameræ consiliarium, liberum Baronem in Salstad, Philippum Sceding in Arnöö, Dalecarlorum et Cuprimontanorum Castellanum: Gabrielem Benedicti Oxenstierna, Armamentarii præsidem, liberum Baronem in Mörby et Lindholm, Gabrielem Gustavi Oxenstierna, liberum baronem in Kimitho et Forsa, Uplandiæ Gubernatorem et Castellanum Stockholmensem, omnes Regni Senatores: nec non nobilissimos viros Broderum Andreæ Rhalambium in Broo et Lenna, Joachim Berndes in Stromsberg, regiæ cameræ Consiliarios, Johannem Magni Ulfsparre in Tisenhult et fratrem meum Laurentium Skytte in Sättra regni judicii assessores: hos inquam omnes summo studio summaque diligentia rogo et ab ijsdem postulo, ne graventur manuum suarum scriptura et sigillis appensis suum erga rem literariam favorem hac in parte profiteri et declarare.

Stockholmiæ anno post natum Christum Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Secundo, Primo die mensis Januarii.

Johannes Skytte senior Johannes Skytte junior	Magnus Comes in Wisingsburg Philip Scheding	Abraham Comes in Wisingsborgh Gabriell Oxenstjern l. b. in Möreby et Lindholm
Benedictus Skytte Jacobus Skytte	Johannes Magni Vlfsparre	Laurentius Skytte.
Carolus Gyllenhjelm	Axelius Oxenstjerna	Nihls Bielcke till Sahlstadh f:herre
Gabriel Oxenstjerna Gustawi.	Broer Andhersson	Jochim Berndes

(Efter originalet på pergament i Skytteanska professurens arkiv. 13 sigill (af somliga blott ett fragment) vidhänga. Ännu ett original med 13 sigill förvaras i Konsistorii arkiv).

74.

Gustaf Adolfs konfirmation af riksrådet Johan Skyttes donation till Upsala Universitet, Stockholm d. 2 Juni 1622.

H. K. M:ts confirmation på de godz och gårdar, som wälb. herr Johan Skytte under Upsala academia till oratorisk och politisk professoris vnderhåldh ewärdeligen skencht och gifwit hafwer. Datum Stockholm den 2 Junij A:no 1622.

Wij Gustaff Adolph etc. Giöre witterliget, att wår och Sweriges Rijkes troo man och rådh, oss elscheligh edle och wälborne herr Johan Skytte till Grönssöö och Elfwesjö riddare, hafwer oss vthi vnderdånigheet låthidt förnimma, huruledes han vthaf ett christeligit och gudeligit opsååt och förehafwande optänd och bewågen ähr till sin ödmiuke tacksamheetz beteende emot Gudh alzmechtigh för hans stora gudommeliga nådhe och mildrika wälsignelse honom alt ifrån hans ungdoms åhr wederfahren, så och lyckliga framgång i alle måtto. Så wäll som och till sitt sinnes wälbenägne befordrans declaration emot de höglåflige boklige konster och discipliner, igenom huilke dygd och ähra icke allenast sitt ophoff hafft, vthan och i alle werldenes tijdher en märckelig framgångh hafwa wunnit och bekommit, effter som han och sielf befinner, at de honom och såå, näst Gudhz wälsignelse, till månge herlige och nyttige lägenheeter, dem han öfuerkommit hafuer, icke det ringeste hielpereede warit hafwa: såsom och at han androm, som Gudh medh denne werldennes godz och håfwor nådeligen och rundeligen hafwer begåfuat, till lijkmätigh tacksamheet och studiers kiärlek och befordran, ett effterdömme någorledes wara måtte: hafwer nu (: som för:t ähr:) Gudhi och sitt kiere fäderneslandh till ähro och tienist, såsom och sig och sine efterkommende till een låflig åminnelse, ett ewerdeligit nederlagh skienckt och gifuit till Oratorisk och Politisk professions vppehälle vthi Upsala academia een ahnseenlig och berömmeligh summa, effter som hans eigedt der öfwer vprettede breff det vttryckeligen förmäler. Haffwer oss och gifuit sitt förslagh tilkenna, till huadh synnerlig ände och orsak han sitt intent, serdeles i den facultet, ahnstellt haffwer, så och hwad för:te professoris eenkannerliga ämbete och idknad warda skall nembligen, att han medh allsomstörste flijts ahnwändande oratorias och politicas lectiones vngdommen vthan försummelse dageligen föreläser, och den samma facultetz retta bruck och öfning vthi historiske skriffters förståndh vth-

wiser: såsom och at han åhrligen medh prydelige och wälstälte orationer oppenbarligen låffwar och berömmer Gudhz oändeliga godheet och barmhertigheet, som han det skröplige meniske slächtedt altidh bewijser: och der brede wedh och såå framfarne Sweriges konungars (: och iu serdeles deres som af den högtärade salige konungh Gustaffs familia härkompne ähre:) låflige och manlige bedriffter i krigh, så wäl som i freedlige tidher, tillbörligen celebrerer och ophöijer, icke allenast medh egne orationer, vthan och tillhåller vngdommen, att de för:te materiers perorerande af minnett och vthan charta giöra måge. Der hoos och at han hög:te konungars historier ordenteligħen beschriffwer och i liuset komma låther, hållandes och medh nampnkunniga vtlänske lärde men godh communication om saaker som der vthe förelöpa, att de och här inrijkes måge kunnige wara, såsom och dem igen om det här inrijkes skier, och böör divulgeres, adviserer, medh huadh annatt meere som för:te profession kräfwer och fordrar. Sådant sitt låfliga vpsåth och nyttige förehafwande hafwer han vnderdånligen bedet, att wij oss ickie allenast wille låtha behaga, vthan och af konungzlig macht och myndighet gilla och på tillkommandhe tijdher confirmera. Och alldenstundh wij befinna sådant wälb:te wår troo mans och rådhs förehafuende icke allenest låfligit och berömmeligit wara, vthan at det och högnödigt nyttigt och rijkedt och så till beröm medh tijdhen skall ländha, derföre låthe wij oss det icke allenast nådeligen wälbehaga, vthan önske och såge gierna, at och fleere wåre och rijksens trogne män, dem Gudh medh ymnog förmögenheet hafwer wälsignat, och så deres liberalitet och trogne wälmening emot deres fädernes landh, och efterkommande i lijka måtto merckeligen wille låtha påskijna. Gifwe fördenskuldh till denne wälbe:te herr Johann Skyttes fundation wårt fullkommelige consens och nådige willie medh oryggelig confirmation, at den vthi sitt wälbestelte esse medh effterschrefne wilckor nu och i tillkommende tijdher skall wedh macht hållin och handhafdh bliffwa. Först, effter det meer och wälb:te herr Johan Skytte till denne fundation desse effterschrefne sine wälfångne jordegodz, som belägne ähre i Vpland, Swiestadh otte gårder medh Fanestadh halfannen gårdh i Bälingz sochn och häradh och Grijmstade en gårdh i Ärentuna sochn och Norundha häredh för sig och alle sine effterkommende arfwingar till ewerdeligh ägendom gifuit och bebreffuet hafwer, medh all den renta och rättigheet, som han af dem her till effter adelige privilegiers friheet och frelse hadhe bort at opbära låtha; såå wele och wij nådeligen vthi detta wårt breefs krafft för oss och effterkommande Sweriges konungar och regenter hafwa efterlåthidt, att förbemelte frelse godz, medan de till ett sådant gudeligit och rikedt nyttigt bruk gifne ähro, skole nu och ewerdeligen alldeles wara befrijede,

för alle sådane pålagor och rättigheeter, som Sweriges konungar och cronan af frelse godz, effter ricksens stadgar ocb öfligit bruuk, här till hafft och nuthidt hafwa, churu de och nu nämpnas eller och yterligere kunde nämpde blifwe. Der näst såsom nu denne donation effter wällb:te herr Johan Skyttes godwillige förplichtelse wedh den profession ewerdelighen blifwa skall; alt såå wele wij och den dervnder ewerdeligen hafwa confirmered. Män der så hände (: som wij doch aldrig wele förmoda:) att denne fundation igenom een heller annan olägenheet förstördh och annihilered bleffwe, af hwem det och hälst och vthi hwadh måtto det skedde, dåå skole wälb:te herr Johan Skyttes, såsom primi fundatoris, arfuingar, oemotseijeligen och vthan någon widlöftig proces eller denne wår confirmations hinder eller ytermeere respect, hafwa macht och tilståndh, deres nederlag i alt dedh deres fadher oeh de der till köpt, förbygdt och elliest inlagdt hafwa, såsom deres fasta och wälfångne arff och egendom, wederkennas igentaga och effter deres eigen wälbehagh sigh sielfwom till godhe ahnwända och behålla. Till det sidsta wele wij och af konungslig macht och myndigheet haffwa befaled, så wäl på våre egne som wåre effterkommandes wegner, academiæ cancellario, archiepiscopo, magnifico rectori, så och alle professoribus hwar vthi sitt wärde och grad, som nu för denne tidh wedh Upsala achademia ähre, eller och framdeles kunne wahlde och kalladhe bliffwa, att de dem, som i lijke måtto nu eller framdeles professionem oratoriam eller politicam beklädande warde, och af offta och wälb:te herr Johan Skytt eller hans arfuinger der till nämpde, kalladhe och ahntagne bliffwa, vthi senatu academico, professione, promotionibus, rectoratu, decanatu, sessionibus och andre wärdigheeter fleere, för academiens incorporerede ledemöter och deres lagligen tilkallade och af oss confirmerede colleger erkänne och achte, och medh wåre · för någon tidh sedan academien gifne privilegia handhaffwa och förswara. Och till wårt breefs ytermeere confirmation och krafft, att det nu och i tillkommende tidher vthi alle sine puncther obråtzligenn skall hållat bliffwa, så haffwe wij det medh egen handh vnderschrifwit, och wårt konungzlige insegle witterligen här vnder hängia låthidt, huilket skedde Stocholm åhr effter Christi bördh Ettusendh sexhundrede [tiugu] och på dett andre denn andre dagh Juni.

Gustavus Adolphus.

(Original på pergament med konungens egenhändiga underskrift i Skytteanska professurens arkiv).

75.

Nicolaus Andreæ Granius (fysices professor i Helmstedt, kallad till matheseos professor i Upsala 1621) till Axel Oxenstjerna, Helmstedt, d. 12 Juni 1622.

Illustris, generose ac magnifice D. Cancellarie.

Literæ tuæ cum regis 25 Septembris anno superiori datæ, Leonardo a Soriga non ante 10 Decembris Hamburga huc procurante *(sic)*, redditæ sunt primum 17 Decembris mihi, lugente tunc Julia nostra obitum insignis viri M. Cornelii Martini, præceptoris et amici longe charissimi amantissimique, qui 17:a propemodum hora antea fortiter huic mundo valedixit regionemque vivorum adiit. Eas cum avide aperirem percurreremque legendo, bone Deus quantum mutari animum sensi, cognita inopinata incredibili regis clementia, tua honorifica commendatione mei, patriæ ad functionem honestissimam proposito liberali salario vocatione, omnium denique votis, ut quam primum veniam oblataque accipiam. Mœror vero mentem iterum abduxit. Octiduo autem post, justis funebribus persolutis, ubi ad meipsum paululum redii, tacitus mecum de conditione quæ defertur deliberare cœpi. Heu, quid agas? Assuetus a prima adolescentia liberiori reipublicæ statui, quæ te benigne excepit, liberaliter fovit, et (quod summum est) alienigenam præter solitum in hanc dignitatem non contemnendam evexit, civem adscripsit, sibique, ut ita dicam, incorporavit. Qui potes hinc avelli mutato amæniori coelo soloque, commodeque posthac vivere in regno? At patria te revocat, rex clementissimus, proximus a rege cancellarius, universa demum juventus gratulabunda exspectat; omnes excusationem nullam emansionis, colorem nullum admissuri amplius. Ecce quot et quales impulsores, quot stimuli!

Hæc anceps cura (ingenue fateor) languentem dolore prius animum perturbavit gravius: nec dum »Quid faciendum satis liquet», quod judices in perplexis negociis respondere pro sententia solent. Attamen o patria dulcissima, charissima patria, quando ego non volui, quod debeo, tibi inservire prius ac potius, si per me stetisset? Ne nunc quidem prætendam serius repeti surculum alteri arbori insertum pridem. Verum ut nunc res sese habent, quocumque prospicio, me tibi parum prodesse posse animadverto, sed periculum facere frustra. Dicam quæ sentio, quandoquidem necessitas respondendi cogit commemorare difficultates, quæ

me remorantur, utut nullius fortassis momenti sublatæque videantur. Quam ardua enim et perdifficilia objiciuntur, in quibus minime consentire possum. Tacere tamen et dissimulare præsenti, quantum conscientiæ onus! Si numquam (!) præter officium honestatis cuiquam licet, forte supra sortem ac statum fuerit monere candide, quod in patriæ perniciem vergere existimat. Obloqui autem potentioribus quam odiosum! quasi sapiat solus, reliqua volitant velut umbræ. Quam periculosum uni adversus multitudinis stimulum calcitrare aut torrentem niti, quantumvis plures secum sentientes producat, si mortui contra vivos, si antiquitas contra novitatem excitentur. Non quod rex metuendus, quem literatissimum audio, literatisque faventiorem e literis ipsius quam umquam credi posset video, ideoque bonis rationibus neqvaquam (confido) offensum iri, sed homines cerebrosi, iracundi, qui sibi contradici, quasi ignominiosum, ægerrime ferunt, qui plebem pro concione, quique principes etiam mitissimos atque benignissimos concitare possunt ac solent, veluti tempestates maria per se placida ut vastos volvant ad littora fluctus. Hi turbatorem receptæ philosophiæ et theologiæ, ecclesiæ reique publicæ, miscentem sacra profanis continuo clamitabunt, deferendo dicentem liberius, opprimendo docentem, quæ salva conscientia reticeri nequeunt. Exempla in promtu, quia odiosa, præterire quam exaggerare malo.

Est præterea genus hominum inter studiosos Germaniam visitantes, irritabile, insidiosum, vindictæ cupidum; et in eo (quis crederet?) quidam sacris ordinibus initiati præsbiteri (prestetes (!) verius, aut hydra, cui nova capita quotannis renascuntur uno amisso). Hi cum animam ad nihil aliud quam pro sale contra putrefactionem corporis quamdiu vivunt (hoc est invanum, ut Scriptura loquitur) acceperunt, quibus idcirco nil placet præter placentam et vinum quæque ad beluinam voluptatem conducunt, neglecta penitus animi cultura, noctu diuque, magno aliorum offendiculo, magno cum Suetici nominis dedecore et magistratus indignatione, gulæ, genio, aleæ, aliisque turpissimis confabulationibus vanitatibusque mundanis indulgent, ad singula pene verba horrenda perjuria eructantes. Neque id satis; simpliciores ac novitios optimæ spei (quod maxime dolendum) a studiis ad compotationes et luxum abstrahunt, latentes inquirunt, tergiversantes compellunt: qui postea assuefacti deteriores seductoribus evadunt, adeo ut svaserim ego, ne quis postmodum liberos in exteras academias mittat, ubi populares ejusmodi degunt, nisi eosdem omnino perditos patrimonii gurgites redire cupiat. Inde enim ferociores redditi, præceptores et magistratus ab insania tanta ad emendationem severius retrahere conantes, quos merito proinde venerari debebant, persequuntur plus quam Vatiniano odio, malevolentia, maledicentia, obtrectationibus. Qvid refert illius (mussant) quomodo vivamus?

Nostrum est quod consumimus, nihil illius; ne teruncium quidem pro nobis exponet. Sua curet alienorum securus. Redeat is modo, unde prodiit, si vir est. Talia vero et si[milia] conscia mens recti famæ mendacia ridet (et, ut gubernator fluctus assilientes negligit, manus in clavo habet, oculos in astris, hic nos oportet quod bene agimus agere gnaviter atque mentem ad Deum referre). Ecquis tamen non horret ad Medi apud Alexandrum Magnum insusurrationem? Calumniare audacter, semper aliquid hæret. Hæret profecto aliquid etiam in optimo quoque sæpe, maxime si male sarta gratia nequicquam coit et rescinditur, ut Flaccus ait. Homines enim sumus; ita vero in humanis comparatum esse lectio authorum, exempla aliorum et experientia quodammodo propria comprobant: ideoque cautius mercari docent. Nec me pro philosopho Stoico aut perfecto vendito, qui nihili faciat mala externa, utpote invidiam, inimicorum traductiones, hinc mutationem animorum in magnatibus et fautoribus, deinde odia et persecutiones. Talia Hercle metuo.

Utinam vero aliquando, utinam lustratio prius eorum, qui foras emittuntur, institueretur, ingeniorumque examen, an sint capacia et idonea ad ingenuas et liberales scientias potius, qvam ad militiam aliave munera capessenda; posteaque ratio vitæ in academia actæ exigeretur. Plures (credo) hinc Musarum e Lyceo solertes apiculæ, quam e cella vinaria muscæ aut fuci inertes aut araneæ cum venenatis moribus domum revolarent: quos insequuntur mox creditores, importune exigentes ingens debitum insuper conflatum in tabernis et apud institores, postqvam sua stipemque abligurierunt, quod coguntur miseri parentes solvere vexati et accusati, ut semper conditio nostratum in sua patria durior fuit, quam peregrinorum simplicitate nostra abutentium. Quod profecto est contra omnem æquitatem, contra jus civile, contra consuetudinem aliarum gentium. Neque enim hic solvunt, quod prodegerunt filii in Italia aut Gallia ultra sumtus studiosæ vitæ ac sobriæ deputatos; prætendentes merito se non teneri ulla lege, cum creditores scirent luxuriæ materiam se suppeditasse ad corrumpendum animos, non unde meliores filii evaderent. Quod si similiter, ut decet, responderent Sveones extorquentibus violenter debita non Minervalia sed Bacchanalia, proculdubio desinerent tamdem exteri materiam luxuriandi tam facile suggerere et lucrari cum jactura salutis, valetudinis, reique familiaris, imo reipublicæ nostratum. Nostratesque ita cohibiti cogerentur minorem multo expensam facere, majorem vero frugalitati operam dare, modestiæ et libris, quam nunc liberis illicitisque libidinibus; plus assuefierent ad diligendum Deum et proximum, quam nunc ad comminandum et machinandum exitium quærentibus salutem eorum et detestantibus vitæ genus, quod profligatissime vivunt. Discerent quoque neminem habere pote-

statem profundendi substantiam suam in fraudem patriæ; quin justissime a summo magistratu prohiberi posse, qui in republica bene constituta prodigis etiam adultis tutores præficere solet, ne privatis rebus exhaustis, sive plebejorum sive patritiorum, respublica quid detrimenti capiat. Qua provisione quid contra perditos utilius?

Neque tamen sine discrimine nostros dissolutæ vitæ accuso. Quosdam probos excipio, qui se in Germaniam non commessandi gratia venisse meminerunt. Quocirca sedulo student, interque eos nonnulli studendo proficiunt tantopere, ut, si quid meum consilium valeret, consultius multo arbitrarer præ iis neutiquam Upsaliam professores advenas vocare. Siquidem revera, non nominetenus duntaxat, docti inter exteros, ô quam rari admodum in vicinis circum circa academiis; vix labentibus succedere sufficiunt. Nec venient, credo, uxoribus conjugati, ut sunt plerique omnes; nec deserent patriam, cognatos, affines, amicos veteres, quum satis liberaliter apud suos satisque honorifice habiti non necesse habeant cum uxore, liberis totaque familia ac supellectili longe ultra mare (quod assueti molliori vitæ maxime tamquam infidum horrent) sub rigidiori climate (quemadmodum hic vulgo perhibent) luculentiorem fortunam et novos amicos in ignota gente quærere. Et quid opus alios semidoctos advocare? Ne facile credite eruditione excellere quotquot titulis magistri aut doctoris inflati turgent, quos ilico commendant plurimum aliquot academiarum testimonia, quæ hodie etiam indignis (pudet fateri) conferuntur pro numismate aut propter amicitiam, cognationem vel affinitatem, quo commodius pateat aditus ad vacantes functiones apud ignotos. Indigenas novi et hic, et hinc in patriam migrasse, multo rectius profundiusque in Logica, Mathesi, Physica, Ethica versatos, idque juratus dicere ausim tamdiu jam expertus, quam plerique vanelli Magistelli vel Doctorculi peregrini. Nihil certe pro mediocritate desiderarem in popularibus sobrie viventibus, modo stilum identidem exercerent. Quid? quod alienigenis, quantumcumque ampliori stipendio fruantur, quamvis indigenis præferantur, solenniter *(sic)* tamen displicent nostri mores, habitus, lingua, instituta. Nihil non barbariem qvandam illis olet, talemque famam huc ad suos spargunt: imo talem referunt gratiam benemeritæ de se patriæ nostræ; quod non sine stomacho sæpius cognovi ex iis, qui nobiles in Septentrione instituerant, deinde aucti opibus ad magnos honores ascenderunt. Quod significandum duxi. Nam et olitor qvandoque oportuna indicat.

Hæc Regi clementissimo, tibi patria charissima, tibi quoque illustris, generose ac magnifice domine Cancellarie, qua possum animi observantia ac submissione, responsa volo, quibus gratias immortales et quam possum maximas pro honorifica vocatione et pro judiciis de me

benignissimis ago, sentioque quantum vobis obliger. Quæso autem per sanctum amorem, rogoque obnixe supplex, ne mea excusatione ha[n]c interpretemini repulsam dari, quasi amorem patriæ exuissem. Absit, absit. Equidem si effectu et opera nequeam præsens, certe absens affectu Vester permanebo, quamdiu spiritus hos reget artus; atque quotidie quod soleo (testis mihi Deus) vobis bene precabor universis. *Valete omnes*, tuque in primis illustris, generose ac magnifice domine Cancellarie.

Dulce decus patriæ præsidiumque meum.

Datum in illustri Julia ad Elmum sub solstitio æstivali 12 Junij Anno 1622.

Tuæ illustrissimæ generositatis et magnificentiæ

observantissimus

Nicolaus Andreæ Granius Strengnensis.

* Illustris ac generose domine cancellarie, quod si erraverim in titulis aut aliis verbis, etiam atque etiam rogo, ne mihi vitio vertatur, sed mitius interpreteris. Non sum assuetus scribere regibus aut illustribus, præsertim septentrionalibus, quibus comperio ex aliquot literis, quas nuper inspexi, aliud orationis filum placere quam austrinis: quod non vane quoque Joh. Bodinus in Politicis alicubi observavit. Vale felicissime.

Tuæ Illustrissimæ

deditissimus

Nic. And. Gr. St.

(Original i RiksArkivet, Axel Oxenstjernas brefvexling).

---

* Följande tillägg är skrifvet å en i brefvet liggande lös lapp.

76.

Johan Skyttes andra bref om den s. k. Skytteanska professurens upprättande med närmare bestämmelser om patronatsrättigheten, professorns skyldigheter etc. Stockholm d. 1 October 1622.

Uthi thens helighe och oåthskillighe trefaldigheets nampn.

Bekenner iagh Johan Skytte til Grönsöö och Elfwesiöö, Sweriges Rijkes Rådh och Riddare, och här medh kunngiör, först i gemeen allom, så föddom som oföddom, hwilckom detta mitt breff kan hända att förekomma och dett see eller hööra läsas, sedan och i synnerheet och särdeles mijne elskelige kiere barn och nästskylleste slächt ock förwanter;

at effter thet iagh ifrån mijne förste vngdoms åhr, sedan iagh migh, förmedelst Gudz thens aldrahögstes nådhige ahnledhing, hielp och förfordran till dee högloflige bookligha konsters städighe och flijtighe bruuk och idknan alldeles begaff, fast månge och outseijelige thet Guddomeliga Majestetets mildrijka wälsignelser och höga gåffwor, såå och och een lyckeligh framgångh i alla måtto alt in till denne närwarendes tijdh, haffwer oförskyldt nuthitt och bekommit; hwilke guddommeliga gåffwor, der dee af migh och mijne effterkommande vthi all ödhmiukheet ickie tilbörligen erkändes, eller till hans guddommeliga nampns loff, ähra och prijs, och till andre mijne jämpn Christnes nytto och befordran ickie wändes och anladhes, wore iagh Gudhi minom herra och skapare, ickie allenast den aldra otacksammaste, som någon tijdh till warit hadhe, vthann och all straff och förbannelser wärder. Haffwer fördennskuldh vthaf förb:te guddommeliga wälgierningars innerlige åtänkiande, jämwäl och de högloflige booklige konster (förmedelst hwilke iagh till denne mijn lägenheeter och stat kommen åhr) til ähra, af den wälfordran som igenom min person nu hafwer kunnat skiee och bewijsas, welet Gudi til ähra, migh och mijne effterkommande till ett städeswarande och nu och i tillkommande tijdher oryggeligit monument, testamentera någhre godz och gårdar medh dess renta och innkompster till den Oratoriske eller Politiske Professions vppehälle vthi Upsala Academia, huilket allt iagh medh den edhle och wälbördige fru Maria Näffwes, min elskelige kiäre hustros, consens, iaa och gode rådh och minne hafwer påbegynt, såsom och sinnadher ähr det i wärcket stella och till ewerdelige tijdher wedh macht hålla, wedh effterfölliande conditioner och wilkor.

I. Först stadgar och ordnar iagh, att denne min godhwillighe donation nu och uthi tilkommande tijdher oryggelig och städeswarande bliffwa skall, medh mindre iagh sielff, medhan min lijfztijdh warar, vthaf synnerlige orsaker bewågen, wilkoren, som vthi denne donation förmäles, anten täckes förandra, förbättra eller förminska. Män der de vthi min lijfztijdh af migh sielffuan ickie förandres, dåå skole dee för alle mijne effterkommande, nu och til ewerdeliga tijdher, oförandrede blifwa.

II. Sedan, at denne min donation, som förbemält ähr, oryggeligh måå wedh macht hålles, will iagh wänligen och flijteligen af nu warande högwyrdige Erchiebiscop vthi Vpsala och hans successoribus, så och dee wyrdige herrar Lydebiscopar, som nu vthi Strängnääs och Wästeråås residera och dem som effterkommandes warde, haffwa begered, att de obeswärede wara wele ett flijtigt och noga opseende haffwa, att mijne effterkommande arffwingar, för den professionens vacantz, hwarken sielffue donationen, låtha förfalla eller ödeleggia, eij heller att den studerende vngdoms freqventz i någon måtto igenom professorernes oflijt måtte besueken och retarderat bliffwa. Män der desse feel oförmodeligen syntes wela förlångdt inrijta, och till een obotelig skadha öffuerhanden taga, så at för:te högh. och wälwyrdige herrer dem anten ickie sielffue förmåtte retta eller alldeles afskaffa, att deres wyrdigheeter dåå, medh de wälborne och wälbördige herrers, Sweriges Rijkes Rådz, och serdeles deres, som de befinna de loflige booklige konster af godh benägenheet beforderlige wara, tijdige rådh och mechtige assistentz sigh beflijta sådhant at förekomma och afwända. Wore det och såå, att någon större beswärligheet sigh härutinnan synntes willia yppa och påkomma, den huarcken förmedelst wälb. Rijkzrådz och deres W. W:ters Biscopernes myndigheet eller anseende kunnde rådas eller afstellas, att de dåå samptligen dåå Sweriges regerande konungar vthi vnderdånigheet om ett konungzlighit och wälldigt bijstånd och een nådigh handräckning besökie och ahuroope.

III. Till thet tridie, skäncker, giffuer och consecrerer iagh, såsom dette monuments förste fundator, förb:te profession till ett ewigtwarande vnderhålld och nödtorftigt oppehälle desse effterschreffne gårdar, som ähre mitt faste, laglighen och wäl fångne aflingegodz, nembligen Swiestadh otte gårdar, såå och Fanestadh halfannan gårdh vthi Bälingz sochn och härede belägne och der till Grijmstadh een gårdh uthi Ärentuna sochn och Norunda häredet, alla vthi Vplandh liggiendes medh all den renta och rättigheet, ickie allenast iagh af dem här till effter adelighe privilegiers frijheet och frelsse tillberettiget ähr och jordeboken vtwijser, vthan och at dee effter den stormechtigste höghborne furstes och herres herr Gustaff Adolphs Sweriges, Göthis och Wändis konungz, storfurstes

till Finlandh, hertigs vthi Estlandh och Carelen, herres vthöffuer Ingermannelandh, min allernådigste konungz och herres nådighe tillåthilsse, nu och ewerdeligen alldeles skole wara befrijede för alle sådane pålagor och rettigheeter, som Sweriges konungar och cronan af frälssegodz effter Rijkzens stadgar och ett öfligit bruuk här till af dem haft och nuthidt haffwe, ehuru de och nu nämpnas, eller och yterligare kunne nämpnde bliffwa; effter som hög:te min allernådigste konungz och herres migh der opå gifne confirmations breff det i bookstaffwen vthtryckeligen förmäler. Doch lijkwäl migh och mijnom efflerkommandom detta altijdh och vthan geensägn förbehållitt, att der denne min fundation igenom ehn eller annor olägenheet förstördh och annihilered bleffue, af huem det och hälst och vthi huadh måtto det skiedde, dåå skall mijnom såsom primi fundatoris arffwingom oemotseijeligen och vthan någon widlöftigh process eller denn konungzlige confirmations ahnseende eller hinder fritt och tillåthitt wara, dette mitt nederlag, i alt det iagh der till köpt förbygdt och elliest inlagdt haffwer, såsom deres faste och wälfångne arff och ägendom wederkennes, igentaga och effter deres egedt wälbehagh sigh sielfuom till godo ahnwända och behålla, alldeles såsom der om vthi för:te konungzlige confirmation expresligen ähr caverat. Jag skäncker och såå och medh förschrefne wilkor gifwer för:te profession och dess professori till een commoditet, boning och residentz ett steenhuus, huilket iag medh det allersnaraste som möyeligit wara kan vthi nödtorfftige wåninger antere (!) will af nyo fundera, eller och till dess nytto köpa ett, som allereda bygdt är. Och der så hände, att bemälte huus till sin fullnad för min lijfztijdz kortheet skuldh ickie komme, dåå skole mijne arfwinger wara förplichtede effter mitt löffte det lijkwäl, af det iagh effter migh dem till arfz låthendes warder, fullkommeligen vthi wärcket stella och ända.

IV. Och effter thet hög:te min nådigste konung och herre til denne fundation vthi sitt konungzlige confirmations breff migh och mijne effterkommande medh jure patronatus haffwer försedt och benådet, effterlåthandes oss jus nominandi, eligendi och realiter investiendi een professorem politicum eller oratorium, derföre skole och samma nådeligen efflerlåtna rättigheet odisputerligen migh vthi min lifztijdh wara reserveret och sedan successive till min äldste son och till hans manlige affödho, så längie någon af den linien qwar ähr och leffwer, och såå sedan conseqventer in på de andre mijne sönner och deres manlighe effterkommande, efter som de till födzel och af åhrom ähre, devolveres. Och der så hände, att den af mijne sönner, som denne jurisdiction och patronat effter denne mijn donation tillföllo, ännu omyndig wore och den ickie sielff tilbörligen förestå kunde; dåå skole de som honom till

förmyndere ähre förordnede, wara förplichtede, såsom trogne förmyndare, denne saakz administration sigh til det högsta låtha wara ahnlägen att förestå och oförsummeligen förretta. Wore och någon af mijne sönner, sedan de förmyndares tutel befrijede ähre, vthi saken allerede impatroneret och doch ickie så skickelig befunnes, att han detta tilbörligen förestå kunnde; då skole de andre mijne arffwingar, hwilkom jus patronatus på een händelsse tillfalla kan, wara förobligerede, såsom och dee högwyrdige för:te herrar biscopar, som om inspection tillförende vthi denne saak bedne ähre, sigh obesuärede finna låtha, patrono een wänligh handräckningh och bijståndh att giöra, doch altijdh så att vnder detta bijståndz skeen donationen och jus patronatus ickie mijnom effterkommandom höfligen af handom tages och tillewentyrs till academien eller någon annan emot primi fundatoris meningh och willie hinderlisteligen devolveres. Hände det sigh och så, att mijne döttrar alle mijne sönner och deres mansarffwingar öffuerleffde, då skole deres män, så frampt de ähre adels och frelsse män, och ickie elliest, macht haffwa sigh att impatronera medh lijka wilkor och rättigheet, som iagh och mijne sönner hafft haffwe, och så framgeent deres sönner effter dem; doch alltijdh achtandes det, att döttrerne medh deres sönner der till komma måge efter som de ållderen för hwar annan haffwa, och såsom om sönnerne allereda sagdt ähr, desslijkest och att deres döttrar (om ickie sönner till ähre) måge niuthe samma rätt, emedan någon af dem til wore. Der och (det doch Gudh nådheligen afwände) det guddommeliga Maijestetet så behagede, att mijn familie alldeles igenom döden ödhelagd worde, då tillägnar iagh den edle och wälbördige mijn kiere brodher, Lars Skytte til Sätra, och ståthållare på Stockholm, denne rättigheet för sigh och sijne barn, lagligen och efter detta mitt brefz krafft, att antaga, och medh lijka rätt, som om mijne barn sagdt är, oemotsäijeligen att förestå och behålla.

V. Till dett fämpte, stadgar iagh här medh och odisputerligen föreschriffwer allom dem, som effter mitt dödhelige frånfälle successive till denne fundations patronat kommandes warde, huru de sigh härutinnan skole förhålla och retta. Nämblighen således, att huar för sigh, effter som han här till kommandes warder, skall först, medh all flijt och åhåga deruthom wara, att ickie något till det ringeste, af det, som iagh till dette monument haffwer skänckt, gifwit och bebreffuet, i een och annor måtto förminskes och af någrom afhändes, eller till något annat bruk, änn som mitt intent ähr, anwändes. Dernest skole de och ett noga och flijtigt opseende haffua att sielfwe huuset ickie må, anten i längden igenom deres oachtsamheet, som der vthi effter huar andra boendes warda, boofälligt bliffwa, eller och alldeles förfallna; vthan all-

tidh wedh macht hålles, antere (!) det då skieer af den hyra, som åhrligen gåår af dee kambrar, som i samma huus ähre, eller och att landbönderne, som till professions oppehälle ähre förordnede, det præstere. De skole och igenom deres egne tienere rentan af godzen i rettan tijdh låtha opbära och der hen komma låtha, som denn vthi denne donation af migh ähr förordnad. Och hwadh andre saakers decision och saakfall wedkomma, skole de alltidh patrono reserverade bliffwa. Wijdare skole och mijne efterkommande medh all flijt der påå acht haffwa, att när den tillförordnede professor, antere (!) igenom döden frånfaller, eller för andre orsaker skuldh måste removeras, att de då medh een annan skickeligh persons nämpnande och insättiande ickie öffwer sex månaders tijdh dröija och försumma. Män der det skedde, dåå begerer iagh, att Cancellarius academiæ sampt förr och wälb:te wyrdige herrer Biscopar, medh de andre vthaf mijne arfwingar, som påå een händelsse jus patronatus kunne prætendere, wele sigh alltidh obeswärede finna låtha den tijdz patronum increpando förmana, att han sig härutinnan denne mijn testamentz ordningh lijkmätigh förhåller, såå att han een skickeligh person vthi den affallnes eller remoti stadh insätter och förordnar. Hände det sig och, att meerb:te patronus andre resan sigh igenom försummelse och skiötzlöösheet härutinnan försåge, och giörligen pröfues kunnde, att han vthan redeligh och skäligh orsaak här medh fördrögde, dåå stadgar iagh här medh alfwarligen, att han derigenom sin patronatz wyrde och rättigheet skall hafwa förwärcked, och in på hans äldste son och såå sedan conseqventer de andre (om han elliest barn haffwer) bliffue transfereret, eller, der han inge barn hafwer, till hans näste broder devolveres. Patroni kall och authoritet skall och till det fiärde wara, att der den som til professor förordned ähr, vthi sitt kall sigh försåge, dåå skall patrono altidh wara reserverat sådant hans förseende, antere (!) det medh försummelsse eller elliest skedde, sådant att straffa, antere (!) medh vnderhåldz förkorttande, eller huadh arbitial (!) straff han honom skäligen täckes at påläggia, eller der forseendet dess gröffuere och märckeligere wore, alldeles att afsättia eller förskiutha.

VI. Till dett siette, belangende professoris person och skickeligheet, medh hwadh migh elliest täckes honom att föreschriffwa, huru han sin profession skall ahnstella och låfligen vtfhöra, såå will iagh mijne efterkommande på det alfuarligste haffua förmanad, att de ju synnerligen der opå acht haffwa, att den person, som dem synes att nämpna och insättia, aff ingen ketterisk willfarande religion ähr, ehuadh nampn den och haffua kan, vthan att han sig enig befinner medh den religion och lära, som här vthi detta konungarijket, igenom Gudz nådh oppen-

bart lähres och bekennes, och att han der näst ett ährligit nampn och rychte haffwer, och för någhon missgierning skuldh ifrån andre ortter ickie ähr relegerat och förwijster, den och vngdommen, som honom betroos, ickie allenast flijtelighen lährer och informerer, vthan och dem medh ett gudhfruchtigt och ehrligit leffuerne föregåår och till alle gode dygder ahnleedingh giffwer. Sedan skall och b:te professoris qvalitet och dageliga exercitia der vthi beståå, att han för all tingh ähr en politicus, historicus och en godh orator, och att han vthi allt detta förnämbda ähr besynnerligen methodo Rameus.

VII. Hwadh sedan hans officia ordinaria wedkommer, will iagh således der om stadgat haffwa, att han först decente oratione månad ifrån månad oppenbarligen låffwar och berömmer Gudz oendeliga godheet och barmhertigheet, som han det skröpeliga menniskeliga slächtet, altidh och vthi åtskilliga måttor bewijser, såsom och der brede wedh ickie förgiäter att framstella allehanda materier, af huilke den studerende vngdomen, hafuer een märckeligh nytta och fördeel, och att han alt sådhant giör och i wärcket steller medh prydeligit och ahnseenligit taal. Till det andra, att han framfarne Sweriges konungars (och in serdeles deres, som af den högtährade salige konungh Gustaffz familia härkompne äre) låflige och manlige bedriffter i krig så wäl som i fredlige tijdher utrettede tilbörligen celebrerer och vphöijer, ickie allenast medh sijne egne orationer, vthan och tilhållandes vngdommen, att de vthi förb:te materiers perorerande dette af minnet och vthan til giöra måge, såsom och hög:te konungars historier ordentligen och sanfärdeligen beschriffwer och i liuset komma låther. Och sedan till det tridie, åhrligen primo fundatori, så och hans familiæ och effterkommandom till ähra och beröm, på samma fundations och sin professions fest, deres liberalitet medh herlige orationer perorerer, såsom och primo fundatori och de andre patronis, efter såsom den ene den andre succederer, alle åhr ipso die exeqviarum tilbörligen parenterer, i acht hafwandes, att der sådant för hastigt på huart annat fulgde, att han då alternerer vices. Och till det fiärde, att han tilbörligen alle ex familia Skyttiana, näst den som jus patronatus haffwandes warder, ährar och wyrdar, sigh påminnandes, att de beneficia han niuther och haffuer af samma families liberalitet honom confereres, och fördennskuld medh all flijt och åhåga sigh der om winlägger, att han alle studiosos ejus familiæ synnerligen flijtigt privatim informerer och till det bästa råder. Till det fämpte, skall han åhrligen publice absolvera sijn profession, sive oratoria, sive politica fuerit, och at han der till sijne wisse ordinarias horas håller och oförsummeligen achtar. Han skall och till det siätte sijne discipulos och

Promotiones et gradus academiæ id spectent præcipue, ut qui in studiis laudabiliter sunt versati, debito honore exornentur. Igitur in sua quisque facultate decanus, si quos videat eos in hac cui præest facultate progressus fecisse, ut digni sint, qui ab academia honorentur, hos vel nominatim vel publice proposito programmate invitabit, ut intra constitutum diem nomina profiteantur, professis denunciat morum censuram et eruditionis subeundam esse. Decanus itaque adhibitis suæ facultatis collegis, philosophiæ decanus selectis ex collegarum numero quinque, qui superiori candidatorum examini non interfuerint, vocatos ad se sin-

gulos examinet, assessores quoque per vices operam conferent, duarum horarum spatio diligenter explorando cujusque profectum in iis omnibus quæ ad facultatem spectant. Hoc peracto examine, decanus candidatum hortetur, ut hæc studia non negligat, sed in posterum magis colat et eruditionem adaugeat. Philosophiæ candidatus thaleros unciales sex decano numeret, reliquarum facultatum candidati quindecim fisco facultatis inferendos. Ad disputationem publicam deinde venitur paucis interjectis diebus; candidati omnes respondeant ad sua quisque themata. Decanus præsideat aut alius a facultate designatus. Si candidati septenarium numerum excedant, iteratur disputatio, et septem per vicem respondeant, mutato si lubet præside, si pro gradu separatim singuli disputare cupiant, professores philosophiæ labores inter se partiantur. Disputatio majore quam alias apparatu peragatur, opponentibus præter condiscipulos etiam facultatis professoribus, continuabitur a septima matutina in horam undecimam, a secunda pomeridiana in quintam. Disputationibus peractis, candidati decanum, præsidem et examinatores ad epulum invitent, curantibus et præsentibus selectis candidatorum duobus. Præsidem honorario ornatum dimittant, quod 15 thaleros unciales non excedat.

Quatuor lectionibus publicis docendi probet industriam, publica deinde et solennis inauguratio sequitur.

Decanus aut destinatus promotor, oratione habita, candidatos juramento adstringat, gradum conferet, cum usitatis insignibus et privilegiis, impetrata prius a procancellario potestate. Dum hæc fiunt, candidati superiorum facultatum per delectos socios munera professoribus et hospitibus distribuant: panni serici vel holoserici quantum decanus probarit, inferioribus chirothecas.

In templum deinceps eatur ad preces, deinde ad epulum, procurante decano sumptibus eorum, qui gradum adipiscunt. Decanus sumptus omnes moderetur, ut impensa philosophiæ candidati universa summam uncialium thalerorum octodecim non excedat: cæterarum facultatum uncialium centum vel si is solus sit 150. Qui nostro regi parent, Upsaliæ gradum accipiant, qui secus faxit, a docendi munere publico in scholis et ecclesiis primariis arceatur, et graduum privilegiis in hoc imperio careat. Pauperes studiosi gratis admittantur ad gradum philosophicum, in singulis promotionibus singuli vel bini pro minore vel majore candidatorum numero.

Locus in promotione secundum eruditionem designatur, aliqua tamen habeatur ratio ætatis aut eorum, qui in officio publico ante vixerint.

Adversus doctorem inimicum candidatus excipiendi potestatem habeat ne privato examini intersit.

Ad gradum philosophicum admittatur nemo, nisi annos sex philosophiæ studio impenderit; in cæteris vero facultatibus annos tres post philosophiæ studium rite exactum.

In theologia gradus conferatur nemini, nisi in professione aut alio docendi munere honorifico constituto, aut ad hujusmodi officium rite designato; magis ei cui gradus offertur, quam ei qui ambit.

Gradus dignitatem tribuit et immunitatem cum publice disputandi et privatim docendi potestate, non tamen sine decani et facultatis consensu.

Disputationes publicæ et lectiones ut frequententur, rector urgeat. Professores publici ordinarias disputationes non negligant præsertim juniores.

Qui gradum academicum non habet, sub præside alterius disputet eligendo ex ea facultate præsidem, ad quam spectat disputatio, et in ea solum quisque facultate præsideat, in qua gradum acquisivit.

Publice disputaturus professor ordinarius vel extraordinarius, philosophiæ adjunctus aut quivis alius conscripta disputationis themata facultatis decano exhibeat: maxime qui pro loco in facultate disputat sive qui alias exercitii gratia disputat.

Disputatio, quæ absurdam aut impiam sententiam tuetur aut quæ turbas ciet, in academia non admittatur.

Disputatio habenda die sabbathi, typis descripta proxime præcedente die dominico publice affigenda est; exemplaria professoribus eodem die sacris peractis ante meridiem in templo pedellus distribuat: ad disputationem campanæ signo dato studiosos convocabit, a respondente thaleri quadrantem premium accipiat. Disputationes nisi ante sextum diem publicatæ non admittantur.

Disputatio æstiva a sexta matutina, hiberno tempore ab hora matutina septima incipiens, ultra horam undecimam non extendatur.

Disputatio theologica, ne plures aliarum facultatum disputationes perturbet, die veneris habeatur.

Opponentium singulis horam unam ad disputandum præses permittat, respondentem respondere volentem nemo interturbet, sed postea, si videbitur necesse, judicium suum interponat.

Placide res agatur, sine rixa; syllogistice ad juventutis informationem et veritatis explicationem disputatio dirigatur.

Respondens præfatione ante disputationem tempus non terat: præses paucis verbis disputationem aperiat et opponentes invitet.

Si quid in his dictis accidat incommodi, decanus interposita auctoritate disputantes interpellet et corrigat et, si constitutum tempus excedant aut alias commodum videbitur, disputationem abrumpat. Id si

facere decanus neglexerit, faciat rector aut etiam in facultate senior præcipue monentibus cæteris.

Privatæ disputationes ut in singulis facultatibus fiant, decani provideant.

In prælectionibus publicis suam quisque horam observet. In horis eligendis prima optio datur theologis. Cæteri loca ad docendum horasque sic inter se distribuant, ut mutuas lectiones non impediant et theologi ab aliorum lectionibus non perturbentur. Ex theologis bini ante meridiem doceant, postmeridiem cæteri. Sic in reliquis facultatibus alii horas ante meridiem occupent, pomeridianas alii; a septima matutina ad decimam usque; a prima item pomeridiana in quintam vespertinam. Quam quisque prior horam aut lectionem obtinuit, recte alius ne occupet: id qui fecerit ad senatus arbitrium mulctetur. Plures ex eadem facultate simul non legant nisi ex philosophis, si qui auditores communes non habent.

Privatæ lectiones et disputationes horis extraordinariis fiant. Orationes ibidem quæ a studiosis exercitii causa publice vel privatim habentur.

Ex Theologis primus veteris testamenti libros auditoribus proponat, alter libros novi testamenti: tertius controversias tractet, aut veteris aut novi testamenti scripta alterne; quartus locos sive articulos fidei.

Si quis a verborum sanorum forma deflexerit aut quæstiones in theologia inutiles tractaverit, a decano aut procancellario et, si sit necesse, a tota facultate corrigatur; si perseveret, suspendatur ab officio, donec facultati satisfecerit, et pro neglectis interea exercitiis mulctetur secundum superiorem constitutionem de negligentia lectionum.

Ex Juris professoribus primus jus regni municipale explicabit et collationem ejus instituet cum romanis legibus, selectos quoque tractatus ex jure civili et canonico juventuti proponat quæstionum, quæ ad nostræ reipublicæ statum sunt accommodatæ. Alter institutiones juris profiteatur, dentque operam, ut ex naturalibus ethicæ et politicæ principiis legum rationes deducant, magis quam ex interpretum allegationibus et varietate. Afferantur ea præcipue tam in lectionibus quam in disputationibus, quæ ad praxin quam proxime accedunt, et quæ reipublicæ gubernationi inserviunt.

Medicorum primus institutiones medicinæ enarrabit cum medendi methodo, alter physicen cum herbarum et partium corporis humani cognitione, sectionem ipse administret quotannis. Cadavera præfecti subministrabunt, spectatorum singuli marcas binas solvant, unam anatomico, fisco facultatis reliquum. Si per vices uterque medicorum sectioni præsit, pecuniam æqualiter inter se dividant. Professores gratis ad inspec-

tionem admittantur. Peracta sectione cadaver ritu consueto sepeliatur, comitante anatomico et medicinæ studiosis.

Philosophorum primi Mathematici doceant secundum ordinem in academiæ fundatione expressum: 1) Arithmeticam et Geometriam speculativam et practicam 2) Opticam, Musicam, Mechanicam, Isorropicam et Geografiam. Præstat vero accomodare præcepta mathematica ad civilem usum in agrorum dimensione altitudinis, profunditatis, latitudinis, ædificiorum, montium, fossarum, camporum, castrorum, fluminum; ad usum judicum in divisione bonorum, architectonicæ et militaris disciplinæ: mercatorum quoque in navigationibus, in locorum distantiis et supputationibus rationum. 3) In Astronomia juventutem instituat, in doctrina sphærica et planetarum motu.

Hebreæ linguæ professor præter hebreæ linguæ cognitionem etiam Chaldaicæ et Syriacæ linguæ initia juventuti tradat; grammaticam et ejus usum ex textu biblico et obscuriorum ac controversorum locorum explicatione.

Græcæ linguæ professor similiter grammaticam et usum ex novi testamenti libris, ex patrum et veterum auctorum scriptis.

Politices et philosophiæ civilis professor Ethica et Politica tractet, quæ ad beate vivendi scientiam conferunt et ad bene regendam rempublicam: brevia inprimis præcepta, quorum postea usum demonstret in antiquis et probatis novis scriptoribus.

Historicus universalem proponat mundi eamque brevem historiam ex Philippi chronicis aut Sleidani de quatuor monarchiis aut simili probato auctore, monstratis semper scriptoribus historicis, unde historiarum seriem desumat. Juventutem postea ad autores ipsos deducat; veteres primum, deinde recentiores, ut a primis annis probatos historicos ipsi percurrant et sibi reddent familiares. Res academiæ, vicissitudines seu mutationes et notabiles casus juxta seriem annorum et temporum consignet et in archivis reponat.

Rhetor veterum rhetorum artem breviter monstrabit, scripta Ciceronis et probatorum linguæ latinæ autorum enarret, juventuti usum grammaticum et rhetoricum urgeat. Ad scriptiones etiam minores utpote epistolarum auditores cogat; mutua quoque colloquia et sermones breves instituet, ut ad dicendum fiant prompti et expediti; ad legendos autores latinos compellat et, ut autoris quem legunt sensum reddant, requiret. Provectioribus orationum materiam dabit, ut orationes conscribant et publice declament, sive ut qui lingua et ingenio valent, notatis breviter orationis capitibus, ex memoria meditatas licet in principio breves orationes pronuncient.

Poëta veteres probatos poetas et scriptores tractet, ad frequentem eorum lectionem auditores adducat, carminibus scribendis exerceat. In festis majoribus aliisque solennitatibus utpote nuptiarum, promotionum, ad mortuorum quoque exequias poemata publice recitet aut affigendo proponat, vel ut a studiosis id fiat, procuret. Comedias quoque ipse conscribat et veterum poetarum agendo fabulas efficiat, ut ad loquendum in frequentia hominum reddantur expediti et confidentes et in moribus elegantes et compositi.

Logices professor perplexis scholasticorum disputationibus juventutem non fatiget, de logicæ genere, subjecto, fine, medii investigatione et aliis, quæ plus habent difficultatis quam utilitatis. Recta vero auditores deducat ad præcepta et veræ logicæ cognitionem, et traditis breviter præceptis, ad usum ejus demonstrandum pergat in scriptis et disciplinis illis, in quibus logicæ officium evidentius apparet, eorum auctorum præcipue, qui logicæ cognitione claruerunt; ita tamen ut scripti cujusque resolutio compositioni respondeat; detque operam, ut discant definire et distinguere atque discernere inter conclusiones necessarias, probabiles, contingentes et sophisticas; syllogismos item facere atque refutare, res justo ordine tractare, ut utilitas magis quam scientia jactetur.

Omnium vero præcipua cura sit, ut juventus recte informetur et sine multis ambagibus ad rerum non fucatam cognitionem deducatur. Itaque commentaria prolixe dictando horas totas non terant, sed alterne (si dictandum erit) explicando et dictando sic agant, ne auditores plusquam horæ dimidium scribendo absumant. Quantum fieri possit, dent operam, ut anni spatio lectio terminetur. Veteris testamenti scripta fere singula annuo spatio absolvantur, nisi quid in Genesi, Psalterio et majoribus Prophetis diutius sit memorandum. Sic in Novo testamento evangelia, acta, epistolæ ad Romanos, Corinthios, Hebræos et Apocalypsis fere anni integri spacium requirant. Reliqua omnia, ut sunt breviora, ita celerius absolvuntur. Locorum Theologicorum explicatio biennii spatio perficiatur.

Jurisconsulti similiter dent operam, ut legum nostrarum enarrationem, institutionum quoque similiumque tractatuum annuo spacio terminent.

Medicorum unus medicinæ institutiones anno uno percurrat, physicen alter biennio.

Sic in philosophicis fere anni termino absolvuntur

Arithmetica et Geometria.

Optica, Musica, Mechanica.

Geographia cum Geodesia.

Sphæra sine demonstrationibus cum triangulorum doctrina.

Planetarum motus.

Grammatica cujuscunque linguæ cum textus alicujus explicatione et præceptorum usu.

Ethica, Politica et Oeconomica.

Historica universalis cum Chronologia.

Herodotus.

Thucydides.

Xenophon.

Diodorus Siculus.

Halicarnassæus.

Tacitus.

Curtius.

Polybius et similes.

Rhetorica.

Logica.

Rector cum decanis facultatum diligenter dispiciat, ne quid juventuti proponatur, quod a senatu non sit approbatum. Privatæ lectiones et disputationes cum sint publicis breviores, haud parum prosunt discentibus præcipue junioribus ad elementorum universalem et brevem cognitionem properantibus. Sit ergo rectoris et decani in singulis facultatibus cura, ut hæc privata exercitia ad juventutis informationem dirigantur, ne quid proponatur, quod sit veræ fidei aut saniori philosophiæ adversum, aut quod publice docentes perturbet, vel quod in vita communi usum exiguum aut nullum habet. Inspectores item ex professorum numero senatus binos constituet ærarii publici primum viros probatæ integritatis et fidei, quorum cura sit videre, ut quod ex reditibus academiæ quæstor colligit, loco tuto et bene munito asservetur, privilegia quoque et diplomata omnia, quibus academiæ reditus, jura et immunitates continentur. Stipendia professoribus bis in anno persolvent, ad 20 diem Septembris summæ dimidium, reliquum circa tertium diem Aprilis. Ad structuram et edificiorum reparationem aliosque academiæ usus pecuniam ex ærario depromptam curatoribus reddent. Rationes requiret procancellarius cum selectis ex senatorio ordine quatuor. Nec nisi gravi urgente caussa hæc officia mutentur, sed in annum sextum ad minimum continuentur vel ulterius, pro ut senatui visum fuerit.

Fisci cujusque facultatis decanus curam agat et in facultate senior. Quantum ad communem facultatis usum requiritur, reservent: reliquum in ædificiorum reparationem collegis distribuent, æqualiter omnibus. Aedificiorum publicorum inspectores structuram curent, sarta tecta conservent, ædificiorum reparationi præsint videantque, ne quid æris publici in his rebus frustra insumatur. Tabernæ etiam curam agant, rationibus

præsint et lucrum, quod ex pecunia publica taberna producit, ærario publico inferant: quod ex privata pecunia singulis debetur, tempestive reddatur.

Mensæ communis inspectores item gemini quærimonias convictorum et oeconomi cognoscant, errores corrigant, graviores ad rectorem vel ad senatum referant.

In stipendiarios regios annui inspectores bini constiuantur; ex theologis ordinariis unus a facultate designatus, alter ex philosophis, qui exercitiorum publice et privatim rationem teneant et quibus vacent stipendiarii attendant. Disputationibus privatis assideant easque moderentur neque permittant, ut studia et exercitia constitutionibus præscripta negligantur. Theologus theologicis præsit, philosophicis philosophus. Semel in hebdomada disputent in philosophia et theologia alterne, ut post disputationem philosophicam hebdomada sequente disputatio theologica sequatur, nisi publica disputatio theologica aut alia solennis impediat. Adjuncti philosophiæ per vices præsideant, stipendia inspectores procurent et sexto mense exacto reddatur dimidium bis in anno cum datur professoribus. Sit hæc inspectio annua et ad omnes theologos et philosophos pertingat, ordine progrediendo a senioribus ad juniores.

Bibliothecæ inspectores provideant, ut bibliotheca necessaria utilium librorum suppellectile instruatur, instrumentis quoque mathematicis et tabulis geographicis, dentque operam, ut libri æquo precio coemantur, ut librorum numerus in catalogo integer servetur, libri recte ordinentur, studiosis et peregrinis non permittantur. Professor librum mutuo acceptum ultra annum non detineat, sed reddat bibliothecæ: si sordibus, mutilatione aut alia corruptione librum affecerit, novum exemplar æqualis precii bibliothecario restituat.

Typographiæ quoque opera et rationes dirigant ac prohibeant, ne quid typis describatur, quod a decanis aut consistorio non sit approbatum, quod rixas et dissentiones excitet, aut publicam honestatem lædat aut bonorum famam.

Bibliopolam adigant, ut libros studiosis et academiæ utiles afferat et justo precio vendat. Librorum censum agant et precium constituant, ne precio iniquo graventur emtores. Nihil vendat, quod est in deum aut in fidem christianam blasphemum, in homines contumeliosum aut obscænum.

Has constitutiones pro ut conceptis verbis expressæ sunt ab omnibus accurate servari debere præcipimus, potestatem deferentes academiæ magistratibus et inspectoribus academiam secundum præscriptas leges gubernandi et earumdem contemptores ac violatores debita poena afficiendi, nobis interim potestatem reservantes academiæ statum et has con-

stitutiones amplificandi et pro re nata variandi, ad uberiorem academiæ perfectionem et rei literariæ incrementum. Mandamus vero iis omnibus, quibus academiæ gubernatio commissa est aut in posterum committenda erit, ut officii sui memores propositarum constitutionum præscriptum urgeant sicque res omnes dirigant, ut quod a nobis pia erga deum et patriam affectione profectum est, felices progressus sortiatur in dei gloriam et reipublicæ incrementum.

In majorem fidem et evidentiam præsentibus manu nostra subscripsimus, iisdemque sigillum M:tis nostræ subapprimi jussimus. Dabantur regia nostra Stockholmensi die 25 mensis Junii anno MDCXXV.

(L. S.)

Ad mandatum sacræ Reg. M:tis proprium subscripsit Johannes Skytte, liber baro in Duderof, eques auratus, regni Sueciæ consiliarius, academiæque Ubsaliensis cancellarius.

(Original i Konsistorii arkiv, upptagande 16 blad in folio, hvaraf fyra äro oskrifna; det åtryckta rikssigillet qvarsitter ännu).

90.

Gustaf Adolfs fullmagt för Axel Oxenstjerna och Johan Skytte att underskrifva Upsala Universitets Konstitutioner, Djurhamn d. 20 Juni 1626.

Wij Gustaf Adolph etc. Göre witterligitt, att effter sosom wij ähre uthij förfarenheet komne, huru sosom een stoor oordningh in academia nostra Upsaliensi ähr inritat så wäl iblandh professores som studiosos, för medelst huilken alla loflige exercitier och öfningar, som på andra wälbestellte academier florere, af sig tage och i staden igen allehanda onyttigt och obrukeligit förehafuande upkommer och tager öfverhanden, hvarföre ähre wij förorsakade wårdne att låtha författa wisse Constitutiones och regler, huar effter wij wele, att professores dersammastädes så wäll som alle studiosi sigh regulera och rätta skole. Men effter samma Constitutiones seent ähre förfärdigade wårdne, och wij för dette wårt hastige afreesande skuldh icke gifue oss tijdh dem öfuerlässa, igenom see och underschrifua, hwarföre hafue wij nådigst befaladt wår Rijkz-

cantzler her Axell Oxenstierna, sampt her Johan Skytte, att de samptligen merbe:te Constitutiones igenom lässa och sedan, der de dem wår academiæ nyttige och tienlige befinne, till wår lyckelige hemkomst och wijdare förklaringh underteckna och bekreffta. Wij biude och befale för den skuldh här medh nådeligen och alfwarligen, att huar och een som studiorum causa sig uthi wår Upsala academia uppeholler, så wääl läsemestere sosom studenter ingen undantagandes, att de dem aftage och anamme och sädan der effter aldeles regulerer och rette, så kiärdtt huariom och enom åhr ath undwijka dedh straff och poen, som ofuanbe:te Constitutiones inneholler och i siälfua bokstafuen förmäla. Der sig huar och een fulkommeligen haffuer att effter rättadt. Gifuidt uthij Diurhampn, den 20 Junij 1626.

Gustavus Adolphus.

(L. S.)

(Original i Konsistorii arkiv).

91.

Konstitutioner för Upsala Universitet på Gustaf Adolfs befallning underskrifna af Axel Oxenstjerna och Johan Skytte, utan dato, men troligen från sommaren 1626.

CONSTITUTIONUM ACADEMIÆ UPSALIENSIS CAPITA.

1) De Academia ejusque juribus.
2) De Cancellario Academiæ ejusque jure et officio, ut et de Procancellario.
3) De Concilio seu Consistorio duplici et utriusque officio.
4) De Rectore ejusque tum electione tum introductione tum officio tum privilegijs.
5) De Prorectore ejusque munere.
6) De Deliberationibus.
7) De Ordine Judiciorum et Appellationibus.
8) De Electione Professorum, electorum confirmatione, introductione, eorundemque officio in genere et coercitione.
9) De Decanis facultatum, eorum officio et electione.
10) De Processionibus et sessionibus.
11) De Quæstore ejusque electione et officio.

12) De Adiunctis Philosophiæ eorumque officio.
13) De Notario Academiæ.
14) De Ministris publicis eorumque officijs.
15) De Depositione.
16) De Promotionibus.
17) De Disputationibus.
18) De Lectionibus.
19) De Classibus.
20) De Ferijs.
21) De Inspectoribus ærarij.
22) De Moribus Studiosorum.

Gustavus Adolphus dei gratia Suecorum, Gothorum et Vandalorum Rex omnibus et singulis nobis subiectis, Academiæ et Upsaliensis civitatis civibus, notum facimus, quemadmodum ab ineunte ætate et a primis annis imperij seu gubernationis nostræ studium nobis affuit reponendi regnum hoc nostrum in meliorem statum et iis rebus publicis conformandi, quæ priores pietatis et humanitatis laude claruerunt. Nec ulla res feliciores unquam reddidit respublicas, quam pietas, fortitudo et prudentia eorum, quibus cum sacrorum cura tum politicarum quoque rerum administratio committitur, quorum in hoc nostro imperio haud exiguus numerus reqviritur. Qvid vero ad hanc rem momenti conferant literarum studia, manifestum est omnibus. Nos itaque in dei gloriam et regni nostri felix incrementum academiam hanc ereximus, privilegijs ornavimus, reditus ex bonis proprijs et fundis hæreditate acqvisitis suppeditavimus. Ac ne qvid desit ad hujus societatis rectam conformationem leges fieri curavimus, quas ab omnibus Academiæ et Civitatis Upsaliensis jurisdictioni subiectis civibus accurate servari debere præcipimus, sicut subiecta verborum forma declarat.

In nomine Sacrosanctæ et Individuæ Trinitatis.

Constitutionum Academiæ Upsaliensis
Caput Primum.

De Academia ejusque Juribus.

I. Statuit hoc Regia Majestas, ne quid aliud in academia Upsaliensi publice privatimque a quoquam, cujusque sit conditionis, doceatur et proponatur, quam quod congruat cum fundamentis Sacræ Scripturæ, cum Augustana confessione, quæ in Synodo Upsaliensi anno Millesimo qvingentesimo nonagesimo tertio repetita est.

II. Huius academiæ sit unum corpus constans ex quatuor facultatum Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ et Philosophiæ Collegijs, cuius corporis caput unum sit Rector.

III. Eiusdem jurisdictio sit distincta ab urbis Upsaliensis jurisdictione.

IV. Jurisdictio illa sit in omnia academiæ membra in causis civilibus, ut et in levioribus criminalibus, quales oriuntur ex iniuria verbali et capillatione, ut vocant jurisconsulti veteres, et id genus alijs delictis.

V. Maiores vero criminales causæ, quæ mortem aut membri amputationem seu mutilationem poenæ loco inferunt, adhibito arcis præfecto, duobus consulibus et urbis judice, senatus academiæ cognoscet et ad regem referet. Quod si supplicium a S:a R:a M:te remittatur, mulcta fisco academiæ cedet.

VI. Læsæ tamen majestatis crimen sola regia maiestas cognoscet et judicabit.

VII. Reliquarum quoque, quæ in scholares constitui solent, poenarum ius eadem habet: ut sunt levis mulcta, vel levis carcer, relegatio, quæ existimationem quodammodo minuit, et exclusio, quæ existimationem quodammodo absumit.

IIX. Nec ita exclusum aut relegatum urbs Upsaliensis eiusque senatus aut civium quispiam hospitio excipiet, aut contra mandatum academiæ quoquo modo tuebitur.

Caput Secundum.

De Cancellario Academiæ eiusque Jure et Officio, ut et de Procancellario.

Primo. Sacra Regia Maiestas sibi reservat potestatem constituendi academiæ Cancellarium talem, qvi sit vir pius, idoneus, authoritate præditus, academiæ amans, sijncerus, veræ Lutheranæ religionis professor et cultor, nec ei alium obtrudi patietur. Huius Cancellarij jus et officium in his potissimum consistit.

1) Ut videat, ne academia Upsaliensis quid detrimenti capiat, sed ut eius iura sarta tectaque conserventur.

2) Visitet academiam quotiescunque res et necessitas postulaverit, inspiciat docentium et discentium labores et examinet; negligentes et minus aptos officij vel ipse vel per vicecancellarium aut rectorem vel prorectorem admoneat; qui se non emendant removeantur.

3) Concedat singularum facultatum Decanis hoc per literas petentibus licentiam creandi Doctores et Magistros, atque tunc suas vices Procancellario commendabit: quod si præter modum crebriores fiant promotiones, de ijs judicabit vel etiam eas inhibebit.

4) Habebit potestatem sententias a rectore et concilio latas, si sit opus, conformandi aut moderandi.

5) Lites ex provocatione ad se devolutas cum vicinis episcopis itemque duobus ex supremo judicio regiæ M:tis (qui vocati absque tergiversatione Upsaliæ comparebunt) dijudicabit et dirimet: dissidia inter Academiæ membra, cuiuscunque sint conditionis, orta, quæ a rectore et senatu non potuerunt componi, cognoscet, comprimet, tollet; petulantes, si se rectori procancellario et concilio opposuerint, coercebit.

De Procancellario.

1) Et quia vicecancellarius academiæ est hoc tempore Archiepiscopus Upsaliensis, clementissime indulsit S. R. M:tas, ut hoc munus ad eius quoque successores transeat.

2) Huius partes erunt I) Absente cancellario operam suam rectori et concilio petenti fideliter communicare in litibus, quæ ad jurisdictionem Academiæ pertinent, dirimendis. II) Inspicere et explorare discentium et docentium studia, labores et mores, et singulos, si vel negligentes vel nequiores sunt, sui officij graviter admonere. III) Cancellarium certiorem facere, si quæ incidant, quæ videntur academiæ nocere posse aut parum prodesse. IV) Anniversarijs examinibus una cum rectore et professoribus interesse. V) Denique si rector negligenter aut perverse res academiæ tractaverit, tum procancellarius potestatem habebit prorectoris vices subeundi deque actis rectoris cognoscendi, eaque ad cancellarium dijudicanda referendi.

Caput tertium.

De Concilio seu Consistorio duplici et utriusque officio.

1) Sacra Regia M:tas benignissime concedit, ut duo sint academiæ Senatus vel duo Consistoria: alterum maius seu publicum ex omnibus ordinarijs professoribus; alterum minus.

2) Hoc minus consistorium erit ordinarium constitutum ex decem professoribus ordinarijs probatissimis viris.

3) Hi dum vivunt hunc locum tenebunt, nisi quis seipsum malefactis suis ipse indignum fecerit. Qvod si unus ex his decesserit, in eius locum succedet is, quem collegium cum consensu cancellarij et consistorij publici elegerit. .

4) Eorum officium erit partim generale, partim singulare. Generale, ut res academiæ dirigant, statum eiusdem et privilegia et jurisdictionem sua auctoritate asserant.

5) Speciale erit rectori vocanti adesse; lites academicas graviores disceptare; professores, studiosos et cetera academiæ membra in officio

continere; rectorem quoque ipsum, cum necesse erit, humaniter officij sui admonere omninoque curare, ut omnes res et partes academiæ recte curentur, nec ei quicquam decedat.

6. Maius Consistorium ius habebit 1) eligendi rectorem. 2) eligendi et nominandi professorem. 3) de eorum, qui publice publicis stipendijs docent, si vel in doctrina vel vita iuste reprehendi possint, emendatione aut coercitione deliberandi remque ad cancellarium deferendi, ut is super illo negotio decidat. 4) si periculosæ et turbulentæ dissentiones incidant, eas cognoscendi et dijudicandi. 5) maiores denique criminales causas, de quibus in Cap. 1. num. 5. dictum est, cognoscendi.

7. Ad neutrum autem consistorium qvis assessor admittatur, nisi prius iuramentum præstiterit subsequens.

Juramentum Assessoris in Senatu.

Ego N. sancte promitto me in causarum cognitione, quæ in hoc senatu tractantur, attentionem adhibere velle et in judicijs aut consultationibus omnibus justam sententiam proferre, academiæ constitutionibus et communi juri consentaneam, non habito respectu favoris vel odij, vel indignationis, aut cuiuscunque privatæ utilitatis, nec cum uno aut altero in dicendis sententijs fraudulenter privatim conspirabo. Divinam gloriam, ecclesiæ et reipublicæ huiusque academiæ commodum unice respiciam, quæ ad morum honestatem et studiorum incrementum faciunt, sedulo procurabo, tacenda non eliminabo, factiones et turbas omnes fugiam, sententiam meam pertinaciter non tuebor, sed plurium, si veriores sint, me accommodabo, ita me Deus adiuvet.

Caput Quartum.

De Rectore eiusque tum Electione tum Introductione tum Officio, tum Privilegiis.

Primo de Electione.

1) Rector a senatu, et e senatu Maioris Consistorij, iuxta ordinem facultatum et sessionum eligatur.

2) Cum ordo academicus sit aristocraticus, justum quoqve erit, ne qvis hic negligatur. Ita ergo electio secundum facultates et sessiones fiet, ut semper post Theologum sit Jurisconsultus, post hunc Medicus, post hunc Philosophus; cumque plures sint Philosophi quam superiorum facultatum Professores, ubi igitur, ordine iam dicto servato, omnes Theologi, Jurisconsulti et Medici fuerint functi officio rectoris, tum qui supersunt Philosophiæ professores ordinarij sese in sustinendo rectoratu

electi consequentur. Nec licebit ulli hunc ordinem mutare nisi summa necessitas id postulaverit, de quo maius consistorium judicabit.

3) Fiet autem Electio novi rectoris bis in anno; semel Calendis Maji, et altera vice calend. Novemb.

4) Qvi vero professor ratione ordinis et facultatum legitime in rectorem electus munus hoc in se recipere detrectaverit, ubi serio admonitus pertinaciter perseveraverit, excludatur ab hoc honore.

Secundo, de Introductione seu Renunciatione noui rectoris, ubi et de eiusdem convivio.

Renunciatio seu introductio novi rectoris fiet octavo die post electionem, nisi is festus dies fuerit; tum postridie sine tergiversatione fiet: Nec licebit veteri rectori illum diem prorogare.

Introductio autem rectoris novi hoc solenni ritu peragetur.

1) Ubi pridie excuso publico programmate renunciatio indicta fuerit, tum postridie conveniet novus rector cum professoribus et academicis aliis ad ædes antecessoris.

2) Deducent rectorem in templum cathedrale, præcedentibus academiæ ministris toga coerulea cum sceptris.

3) Ubi eo ventum fuerit, rector posito ante gradus altaris pulpito electum rectorem circumstantibus professoribus juramento astringat tali.

Ego N. N. sancte promitto et spondeo. Primum me fideliter operam daturum, ut pura evangelij doctrina et aliæ artes ac linguæ, deo gratæ et ecclesiæ atque reipublicæ utiles et necessariæ, juventuti scholasticæ proponantur. Deinde quæ ad salutem, dignitatem atque utilitatem huius Academiæ, imprimis vero ad justam commissi muneris administrationem faciunt, sedulo ac diligenter procurabo. Tertio aciem oculorum, quantum in me est, in omnes reipublicæ literariæ partes intendam, et quid recte, quid secus, tam a docentibus quam discentibus fiat, non tantum observabo, verum etiam, si quid aut negligenter aut perperam factum fuerit, communicatis cum reverendo academiæ senatu consilijs, quamprimum emendare atque abolere conabor. Quarto in dijudicandis controversijs, in causis dirimendis, in distribuendis præmijs, aut poena graviore alicui irroganda alijsque negotijs publicis administrandis, non solum iustitiam et æquitatem ipse servabo, sed etiam reverendissimum dominum archiepiscopum et clarissimos dominos collegas una mecum in consilium sum adhibiturus. Tandem magistratu deposito, antea ex urbe nequaquam discessurus aut aliam functionem suscepturus sum, quam rationes administrati officij reverendissimo Academiæ Senatui reddidero, nisi id pace et consensu eiusdem fieri possit.

4) Hinc recitabit oratiunculam brevem, actui et tempori convenientem, professorum interim unoquoque suo loco considente; postea evoca-

tum electum professorem concioni sistet, chlamyde vestiet, eidem insignia tradet, sceptra, sigillum, claves carceris et fisci cum statutorum libro; addita brevi ad singula exhortatione. Novus autem Rector brevi oratione magistratum suscipiat. Ad preces deinde procedent, loca rectori et professoribus consueta occupabunt; et tum ante tum post preces cantores novo rectori concentu musico applaudent.

5) Precibus finitis ad epulum, sumptu modico pro cuiusque rectoris facultatibus instructum, in ædibus creati rectoris solito processu revertentur. Ad hoc convivium Ordinarij Professores itemque Procancellarius, arcis Præfectus et primarius Consul invitabuntur. Qvod si forte honoratiores hospites, qvales sunt Senatores regni, Episcopi et similes, in urbe fuerint, eos quoque invitare licebit. Convivium rectoris novi in seqventem diem non extendatur, qvi fecerit, pro hospitum numero ad senatus censuram mulctabitur.

Tertio, De Rectoris officio, ubi et de delinquentis coercitione.

1) Rector omnia ad gloriam Dei et salutem reipublicæ atque academiæ in gubernatione sua referet.

2) Idem res academiæ diriget: professorum, studiosorum et omnium academicorum mores, studia et excercitia moderabitur.

3) Idem ius habebit utrumque Consistorium pro re nata convocandi, Minus in rebus gravioribus, Maius in maximi momenti rebus totum academiæ statum concernentibus; quæ causæ quales sint, ex Cap. 2 § 5 constat.

4) Senatum minorem semel ad minimum singulis mensibus convocabit, exploraturus qvid in Academia agatur, qvo loco sint omnia, quæ ad Academiam pertinent.

5) Studiosorum advenientium testimonia inspiciet, ad Philosophiæ Decanum examinandos mittet, qvos, si a decano approbata fuerit eorum eruditio, juramento adstrictos in album referet, accepto a singulis pro operæ suæ præmio dimidio thalero.

Juramentum Studiosorum.

Ego N. N. sancte promitto me velle huius academiæ rectori, dum in hac societate studiorum causa hæreo, debitam obedientiam præstare, academiæ quoqve statutis et senatus academici decretis lubens parebo, sive studiorum meorum directionem sive morum censuram concernant. Deinde iniurias mihi illatas temere et ex proprio arbitrio palam vel occulte non ulciscar, sed in his et aliis mihi molestis casibus rectoris vel senatus sententiæ parebo; tertio, ex academia non nisi cum bona rectoris gratia discedam. Eiusdem inhibitione vel aresto detentus, non aufugiam, nec nisi debita satisfactione creditoribus præstita, suppellectilem

et res meas ex urbe transportabo; si ob crimen aliqvid vel relegatus fuero, vel ex academia exclusus, statim ex hac academia et ex urbe discedens, mandato rectoris et consistorii parebo. Promitto me quoque promoturum commoda academiæ ad quemcunqve statum pervenero. Ita me Deus adiuvet.

6) Qvod si quos deprehenderit honorifico testimonio destitutos aut et infames et maleficos, neqvaquam eos recipiet.

7) Minores lites vel solus dirimet adhibito Notario academiæ, qui omnia diligenter notet, vel causa id reqvirente, vocato in consilium uno aut altero, aut etiam omnibus Decanis facultatis [ɔ:-tum].

8) Graviores ad Minus Consistorium, Criminales, quæ corporis inflictivam adferunt, ad maius referet, et in utrisqve tenorem 4. 5. 6. 7. et 8 paragraphi Cap. 1. stricte servabit.

9) Dabit operam, ut a studiosis causas inter se agentibus omnia Latine proponantur, cum id e re sit studiosorum et academiæ honorificum; qvod si cum civibus lis est, aliud statuendum.

10) Rector mulctas a consistorio decretas exiget, nec eas citra consistorij consensum remittet.

11) Professoribus stipendia procurabit.

12) Correcturus professorem regulam Christi sequetur.

13) In consistorio rectori nullum debetur votum. Sententias autem in causis, quæ suæ sunt jurisdictionis, a se vel consistorio pronunciatas, nisi provocatio facta fuerit, exequetur idem. Qvod si id nequeat, Cancellarium vel Procancellarium invocabit; qui ipsi auxilio erunt, accersito vigilum præfecto et reliqvis academiæ librariorumqve famulis, et si necesse sit (ut cum homicidium aut aliud atrox crimen est commissum) advocatis etiam arcis aut urbis apparitoribus, ne reus effugiat.

Qvarto, De Privilegijs Rectoris.

I) Rector post vicecancellarium incedens in omnibus academiæ actibus publicis, in pompis et processibus academicis, ornatu academiarum rectoribus concesso, præeuntibus cum argenteis sceptris pedellis, deducatur.

II) Qvoad corpus, famam, domum et bona possessa sacrosanctus sit.

III) Claves fisci et carceris in sua potestate habeat.

IV) Studiosis digladiantibus gladium adimat, mulctæ dimidium sibi retinebit, cum ea, quæ pro nominum inscriptione datur pecunia.

V) Publico sumptu publica negotia tractabit foris.

VI) Per octiduum urbe abesse ipsi licebit, in maioribus ferijs per dies quindecim, constituto interera prorectore. Ad lectiones et disputationes ordinarias minus quam ceteri astrictus erit.

Caput Qvintum.

De Prorectore.

I) Qvando illustris persona, rector, eligitur, semper ei ex Consistorio is adiungetur Prorector, ad quem alias ordinis ratione devolutus erat rectoratus. Atque hic prorector simul cum rectore renunciabitur et juramentum præstabit, cætera rector peraget.

II) Rectore absente, eandem cum rectore potestatem habebit prorector.

III) Qvod si rector non constituerit prorectorem, resque talis incidat, quæ moram ferre non possit, Procancellarius eius vicem obibit, deliberanda consistorio proponet, sententiasqve rogabit, cognoscet et in ju dicando ea seqvetur quæ supra constituta sunt.

IV) Reditus autem et ea quæ solvi solent rectori cedant prorectori

Caput VI.

De Deliberationíbus.

I) Consiliarij vocati ad consistorium frequentes venient; qvi petulanter emanserint, arbitraria poena mulctabuntur.

II) Rector aut qui eius loco est, causam aut negotium Latine proponet ordineque ab ultimis exorsus, singulos quid sentiant rogabit.

III) Singüli consiliarij pro eo, quo consistorio obstricti sunt, iuramento qvisqve suam sententiam, sine ulla subordinatione candide constanter et modeste dicent, nec se metu aut gratia a dicenda veritate deterreri patientur. Plura autem vota seu suffragia concludent.

IV) Si suffragiorum libertas in discrimen certum vocetur, duo vel plures eam causam disceptabunt in utramqve partem, idqve facient sine livore, sine favore partium, sine iniqvitate et acerbitate, atqve tum veniatur ad calculos.

V) Qvod si vel hic vel alio quoque casu paria fuerint suffragia-potior sit ea sententia, ad quam rector accesserit, licet alias ius dicendæ, in consistorio sententiæ non habeat. Sed eius est quæ ibi conclusa et decreta sunt pro virili exeqvi, vel solum vel cum ijs, quos constitutiones designant.

VI) Qvæ in consistorio dicta deliberataqve fuerunt, nemini liceat sub poena periurij in alterius fraudem eliminare; nisi hoc rector et consistorium fieri posse decreverunt.

VII) Nemo ex consiliarijs academiæ patrocinium suscipiet eorum, qvi vel senatori vel etiam civi oppidano iniuriam aut vim intulerunt.

Caput VII.

De Ordine Judiciorum et Appellationibus.

I) Primam instantiam solus rector habebit vel notario vel decanis adiunctis.

II) Qvod si hic sine strepitu res decidi aut transigi non possit, rector eam ad consistorium, vel minus vel maius, pro causæ cuiusque conditione, remittat et devolvat.

III) Partes plene audiantur, ut negotium rectius cognosci possit, sine tamen ullo processu, nisi magnitudo causæ aliud postulet; atqve tum, in capitalibus præsertim causis, consuetudo judiciorum huius regni observabitur.

IV) Placuit S. R. M:ti, ut in causis quibusdam ad Cancellarium academiæ provocatio fiat, qui in his ea observabit, quæ supra Cap. 2. §. 5. constituta sunt.

V) Ad hoc Cancellarij judicium provocare non licebit, nisi summa decem libras aut octoginta uncias excedat, aut nisi status academiæ in discrimen vocetur, aut gravissima controversia præcipue religionis orta sit.

VI) Nec ab hoc judicio permittetur provocare, sed supplicationibus apud S. R. M:tem res agetur.

VII) Neqve tamen licebit huic iudicio alienam jurisdictionem usurpare: occupabitur vero præcipue in rebus statum academiæ concernentibus.

VIII) Provocatio autem et legittime fieri et ad superius judicium tempore a legibus præfinito devolvi debet.

Caput VIII.

De Electione Professorum, electorum Confirmatione, Introductione eorundemqve Officio in genere, et Coërcitione.

De Primo.

I) Professione vacante, facultatis Decanus intra tricesimum diem proposito programmate invitabit omnes ad nominandum alium. Interea qvisque secum dispiciet de viro ei professioni idoneo.

II) Ubi convenerint, Decanus monebit collegas, ut fideliter in rem consulant, qvisqve pro ea fide qvam facultati debet.

III) Re bene deliberata, Decanus nomina a collegio designatorum ad rectorem deferet.

IV) Rector deinde adhibito Procancellario in consistorio Maiore diligentissime omnibus circumstantijs examinatis definiet, quis aut uter

eorum, qvi a decanis nominati sunt, sit aptior, ut professioni præficiatur, an vero alius sit præferendus.

V) Habebunt autem hi electores ubiqve rationem publicæ utilitatis, non gratiæ, non propinqvitatis, non affinitatis, non amicitiæ, non ullius privati commodi; sed lex summa illis erit salus academiæ.

II) De Professorum electorum Confirmatione.

Professor unanimiter electus cancellario præsentabitur a senatu academico cum commendatione rectoris pro tempore, cui procancellarius subscripserit; idqve ideo fiet, ut confirmari a S. R. M:te possit. Is enim solus erit professor, qvem S:a R:a M:tas sua confirmatione probaverit.

III) De eorundem Introductione.

I) Rector novum professorem, ubi iuramento eum obstrinxit et in album professorum retulit, publico programmate typis excuso pridieque proposito, postridie introducet solenniter.

II) Juramentum autem qvod quisque professor novus præstabit tale est.

Ego N. sancte promitto me in vera fide sacris scripturis patefacta et apostolico, nicæno, athanasiano, symbolis breviter expressa ac genuina Augustana confessione et concilio Upsaliensi recepta, ad vitæ finem perseveraturum. Deinde illustrissimo principi ac domino, domino Gustavo Adolpho, regi nostro clementissimo debitam obsequentiam et fidelitatem præstabo. Quæ patriæ et reipublicæ statui conducant promovebo, incommoda pro viribus avertere studebo. Tertio in officio diligentiam adhibebo in ijs, quæ ad juventutis rectam informationem faciunt; prolixitatem et perplexitatem omnem fugiam, et discentium ingenijs, utilitati et instituto fideliter et qvantum potero me accommodabo. Qvarto, collegis fidelem et humanum me exhibebo, studiorum et academiæ commoda, qnacunqve honesta ratione licebit, promovere studebo. Ita me Deus adiuvet.

IV) De eorundem Officio in genere.

I) Pro loco in facultate disputabit.

II) Diebus ordinarijs docebit. Qvotannis semel vel etiam, si ita senatui academico visum fuerit, bis disputabit. Discipulos, anteqvam rector magistratu abeat, præsentibus rectore et decano et collegis facultatis examinabit. Modum docendi constitutionibus præscriptum servabit, omnibus actibus publicis intersit, nisi cum valetudo aut vis maior, aut luctus, dies festi, auditorum profectiones, aut id genus alia gravis causa impedierit.

V) De Coercitione.

I) Philosophiæ et Linguarum professor, quoties de industria neglexit lectionem, sueticum thalerum, Doctor facultatum thalerum uncialem fisco academiæ solvet.

II) Qui negligenter in officio versatus fuerit, nec monitis procancellarij, rectoris et consistorij paruerit, parte stipendij privabitur secundum consistorij censuram.

III) Qui contumax fuerit, aut qui propter alias enormes offensiones, propter schismata, dissensiones, factiones, quibus sub exercitiorum aut alicujus prætextu iuventutem ad se pertrahat, potentiam iusto maiorem acqvirat, aut alijs etiam occasionibus sibi dominatum super alios quærat, item propter vitia manifesta, in quibus incorrigibiliter pergit, tolerari sine dedecore et damno academiæ neqveat, cognita causa, cancellarij, rectoris et consistorij publici judicio ab officio removebitur.

Caput IX.

De Decanis facultatum et eorum Electione et Officio.

I) Decani singuli a suæ facultatis collegis semper novi eligantur, quando novus rector introducitur, a senioribus ad juniores descendendo.

II) Horum officium erit. Intra 8 diem post introductionem novi rectoris Decanus suæ facultatis collegas convocabit, et singuli suos sub fide facultati academiæ debita monebunt, ut qvid professorum qvisqve proposuerit, et quoties sub præcedente rectore legerit, manu sua exhibeant et testentur.

III) Has designationes singularum facultatum Decani exhibebunt novo rectori, ut de cuiusque diligentia judicet cum consistorio maiori; et qvi fraudulenter suum officium peregerit, mulctetur iuxta superiores constitutiones.

IV) Eodem quoque tempore de lectionibus sub isto novo rectore a singulis proponendis concludent, et earum catalogum rectori offerent, qvi eum curabit publicari.

V) Pertinebit qvoqve ad eosdem, ut in disciplinam et mores studiosorum suæ facultatis inqvirant, et si quos minus recte sua studia instituere intellexerint, eos in collegium vocatos gravissime admoneant, et quos inemendabiles senserint, rectori et consistorio per cursorem nominent.

VI) Iidem Decani quisqve responsa petentibus dabunt facultatis nomine, vel de suo, vel si gravior res fuerit, de totius facultatis consilio. Privatorum publicorumque exercitiorum curam gerent, theses inspicient et de ijs iudicabunt, adhibitis collegis vel omnibus vel plerisqve, si

opus fuerit; tum caveant, ne quicquam vel prosa vel versu excudatur, quod alicuius professoris censuræ prius non fuerit subiectum atqve ab eo approbatum.

VII) Eorundem Decanorum erit, ut accersiti rectori adsint in ijs causis, de quibus in præcedentibus fuit constitutum.

IIX) Qvisque Decanus suæ facultatis auditores in classes distribuet, nomina omnium recensebit, ut lectionibus, disputationibus, examinibus intersint, urgebit. Nuper vero advenientes studiosos, si ad nullam superiorem facultatem se adhuc adplicuerint, examinabit, et si qvi rudiores sint, qui privatis præceptoribus alendis non sufficiunt, hos vel ad scholam particularem vel ad stivam, ut habet proverbium, remittet.

Caput X.

De Processionibus et Sessionibus.

I) In publicis actibus academiæ post Procancellarium ingredietur Rector, hunc sequentur Comitum et Baronum filij, qvi studiorum gratia in academia vivunt, post hos singularum facultatum professores.

II) In consessibus publicis, et qvidem in Collegio novo, Procancellarius et Rector cum ordinarijs Professoribus sedebit ad sinistram cathedræ, ita: post Rectorem Theologi, deinde Jurisconsulti, hos sequentur Medici, postea Philosophi, Scholæ item Rector, Doctores et civitatis Diaconi: Quæstor vero academiæ, si gradum habeat aut alias probe doctus, inter philosophos considebit, habita temporis in loci assignatione seu occupatione ratione, quo nempe receptus est ad officium. Quam ordinis rationem non solum inter se Philosophi, sed cæterarum quoque facultatum Doctores servabunt. Quæstor autem idiota aut indoctus inter professores semper est ultimus. Quod si qvis superioris facultatis doctor ad professionem philosophicam adhibitus fuerit, is inter philosophos locum sibi a facultate assignatum obtinebit. In quacunque enim facultate, ut quisque tempore, sic loco erit posterior, nisi in honorifica conditione ante vixerit; talibus vero locum pro qvalitate personæ facultas cum ordinario senatu assignabit. Et quamquam ex recepta consuetudine academiarum, facultatum Doctores sunt priores Magistris, prius tamen, quam Doctores et Magistri ad publicum docendi munus adhibeantur, posteriores sunt omnibus professoribus. Sic Decani singularum facultatum primum locum in publicis congressibus tenebunt. A dextro vero cathedræ latere iuxta illam sedebunt viri honoratiores, Regni Senatores, post hos Comitum et Baronum filij.

III) In exequialibus pompis, quæ sunt academicis et urbanis civibus communes, post professores proximum locum tenebit senatus et magistratus urbanus, cum præfecto arcis. Hos studiosi seqventur, quos

postea civium multitudo claudit. Profuerit tamen ad mutuum honorem, amicitiam et concordiam, si in congressibus et convivijs cum honoratioribus civibus æqvalitas servetur, et ex ijs quibusdam ab opposita parte mensæ vel domus, si mensæ sint quadratæ, locus tribuatur, præcipue literatis et ætate usuque rerum multiplici conspicuis.

Caput XI.

De Quæstore, eius Electione et Officio.

I) Qvæstor academiæ a senatu maiore eligetur sacræque M:ti Regiæ ad confirmandum per cancellarium nominabitur et commendabitur. Eligetur autem homo literatus, fidus, qvi aliquandiu in academijs vixit, qui statum et salutem academiæ amat et illum bene perspectum habet.

II) Eius officium et munus erit. 1) Curabit bona et fundos academiæ. 2) Reditus tempestive colliget, eas in nummum convertet ac ærario inferet, dimidium summæ ad tricesimum diem Decembris, reliqvum intra vicesimum tertium Junij. 3) Domicilia et cubicula studiosis alijsqve membris academiæ petentibus precio locabit, professoribus vero indigentibus gratis. 4) Rationes accepti et expensi circa festum Michaelis rectori et duobus a concilio deputatis professoribus reddet bis descriptas, de quibus alterum exemplar in archivis academiæ reponet, alterum academiæ cancellario exhibebitur in regia camera asservandum.

Caput XII.

De Adiunctis Philosophiæ eorumqve officio.

Philosophicæ facultati quatuor extra ordinarij adiungentur. Hi 1) bis quotannis aut etiam sæpius disputabunt publice. 2) Privatim Linguas et Philosophiam docebunt et disputationibus philosophicis iuventutem exercebunt, idqve horis et diebus extra ordinarijs: pro quo labore præter salarium præmium ab auditoribus accipient.

Caput XIII.

De Notario academiæ.

I) Notarius eodem modo, quo quæstor, et ijsdem reqvisitis eligetur, Juris et Civilis Philosophiæ non ignarus.

II) Officium. 1) Acta et disceptationes in Consistorio bona fide consignare. 2) Sententias fideliter concipere descriptasqve partibus reqvirentibus communicare. 3) Tenere rationem mulctarum a senatu impositarum. 4) Quæ publico nomine scribenda sunt, exarare. 5) Negotia academiæ jubente senatu domi forisqve perficere. 6) Judicia, ut et definitiones seu sententias consistorij, ante rectoratus mutationem præsente rectore in archivum reponere.

Caput XIV.

De Ministris Publicis eorumque officio.

Famuli academiæ seu Pedelli a senatu bini constituentur. Hi 1) Per vices rectoris iussa quotidiana expedient, et in ædibus rectoris quotidie hora 12 et si opus fuerit hora octava matutina. 2) Si multiplicantur negotia, uterque aderit. 3) In processibus, promotionibus et omnibus actis publicis rectori præsto erunt. 4) Carceris et captivorum curam gerent, claves carceris bene asservabunt, et ad rectorem quotidie afferent. 5) Alter vero eorum mensæ communi pauperum studiosorum inserviet, ministrando cibum, potum, salem, orbes, luminaria et cætera necessaria. 6) Stipem a studiosis bis in anno colligent, a singulis solidum unum, a nobilibus et magistris quaternos, idqve mense Maio et Octobri. 7) Studiosorum censuram simul agent et nomina libro inferent, designatis etiam hospitijs. Quicunqve ad rectoris mandatum carceri includitur, priusqvam dimittatur, famulo thaleri qvadrantem solvat.

Caput XV.

De Depositione.

I) Depositionis immanitas et obscoenitas amplius non feretur; vexatio ludicra, quæ fit ænigmaticis et aliqvid utilitatis in se habentibus quæstionibus et alijs quibusdam ritibus, tolerari posse videtur, dummodo se intra fines modestiæ et verecundiæ contineat et ad demonstrandam inscitiam dirigantur.

II) Cumque præsente Decano Philosophiæ, hic studiosos initiandi ritus peragi soleat, eius erit ita moderari omnia, ut ratio honestatis habeatur, et in paucorum familiarium præsentia peragatur.

III) Erit etiam Decani accurato examine explorare initiandi mores, ingenium et progressum in studijs, ut judicare possit, ad quam lectionum classem eum adiungere debeat.

IV) His peractis, a Decano in librum cum designatis lectionibus ascribetur, et ab eodem ritu usitato absolutus, in studiosorum numerum referetur admitteturqve ad exercitia privilegiaque alijs academiæ civibus permissa.

V) Decano pro labore singuli initiati duas solvent marcas, famulo academiæ ad vini sumptus et officij præstiti præmium solidos 6, qui famulus eosdem statim ad rectorem ducet, depositori vero dimidium thalerum.

Caput XVI.

De Promotionibus, qvi promovendi, quomodo examinandi, qvi ritus adhibendi, qvi sumptus faciendi Candidatis, qvid his gradus conferant, qvid de his peculiare statutum.

I) Qvi promovendi.

I) In genere promotores id spectabunt præcipue, ut qui in studijs laudabiliter sunt versati, quique honestis sunt moribus, debito honore exornentur. Hos, si quos esse viderint, facultatum singularum Decani publico programmate typis excuso invitabunt, nt intra certum præfixumque diem dent sua decano nomina.

II) Speciatim vero ad gradum Philosophicum nemo admittetur, nisi qui annos sex philosophiæ studio impenderit, in cæteris facultatibus annos tres, postqvam philosophiæ studium rite exegit, isti facultati sedulo vacaverit.

In Theologia vero nemini conferetur gradus, nisi ei qui in docendi munere honorifico sit constitutus, aut ad eiusmodi officium rite designatus; magisqve conferetur ei, cui gradus offeretur, qvam qvi eum ambit.

II) Qvomodo examinandi tum privatim tum publice, ubi et de loco cuiqve assignando.

I) Candidatos, qui sua nomina professi sunt, facultatis Decanus in locum consistorij convocabit, ibiqve præsentibus omnibus ad id rite per cursorem invitatis collegis qvid petierint exponet laudabitqve eorum studium, suam et collegarum voluntatem ipsis testabitur denunciabitque, morum censuram et eruditionis ipsis subeundam esse, utqve singuli se domi contineant, et per ministrum publicum vocati ad locum examini a decano destinatum veniant, eosdem hortabitur.

II) Hinc bina cum candidatis instituentur examina, unum privatum, alterum publicum.

III) Privatum ita peragetur. 1) Decani superiorum facultatum, adhibitis omnibus suis collegis, philosophiæ vero Decanus selectis ex collegarum numero qvinque professoribus, qui præcedenti examini cum alijs candidatis et tum promotis habito non interfuerunt, per vices suas operas conferendo, singulos examinabunt, in qvo examine duas horas consument, diligenterqve cuiusqve profectum in ijs omnibus, quæ ad facultatem spectant, explorabunt. 2) Peracto examine, Decanus cuiusqve facultatis candidatum hortabitur, ut hæc studia non negligat, sed in posterum multo magis colat inque ijs sese exerceat, exigetque ab eodem, ut sub fide juramenti, conceptis verbis, sancte promittat se in omni vita

honestatem sectaturum ac in moribus et vestitu decentiam et gravitatem observaturum omniaqve acturum, quæ academiæ sint honori et usui quæque suæ personæ dignitatem concilient, ad quemcumque statum pervenerit, denique se contentum fore loco, quem sibi decanus cum facultatis professoribus assignaturus sit.

IV) Publicum examen consistet in Disputationibus et Lectionibus. Et quidem disputationes ita peragentur. 1) Paucis post privatum examen diebus instituentur more solito, hoc est ut quisque ad sua themata respondeat. 2) Illis præsidebit vel decanus vel alius a facultate destinatus. 3) In arenam autem hanc ex candidatis deducentur septem simul, sed ita ut per vices ab opponentibus studiosis singuli examinentur. Qvod si candidatorum numerus septenarium excesserit, iterabitur eo quo iam dictum est modo disputatio, mutato si libuerit præside. Qvod si singuli candidati pro gradu disputare separatim aveant, professores, philosophiæ inprimis, præsidendi laborem inter se partientur. 4) Ut maiori apparatu, quam alias fieri solet, disputationes huiusmodi celebrentur, opponent etiam facultatis professores. 5) Continuabitur disputatio a septima matutina in horam undecimam, et a secunda pomeridiana in quintam.

Porro singuli candidati per disputationes publice examinati, legendo etiam suam industriam publice probabunt. Sument autem materiam utilem de consensu Decani illius, in qua facultate promoventur, et hanc materiam recte tractatam quatuor prælectionibus absolvent.

Examinibus hoc modo factis, convenient facultatum Decani cum collegis statim atque ad se vocatis candidatis, unicuique locum assignabunt secundum eruditionem, habita tamen aliqua ratione ætatis aut eorum, qvi vel in officio publico sunt vel fuerunt.

III) Qvi Ritus in Promotionibus adhibendi.

I) Priusquam ad ipsam promotionem accedatur, singularum facultatum Decani, missis ad Cancellarium literis, petent ab ipso licentiam creandi Doctores et Magistros, qui suas vices Procancellario singulari scripto commendabit.

II) Literis ad Procancellarium impetratis, Decanus instituet promotionem hoc modo. 1) Solenni Programmate, in quo candidatorum nomina exprimuntur, omnes academiæ cives invitabit pridie ad actum illum decorandum, ut hora, quam ipse definierit, conveniant in ædibus decani. 2) Hinc ad collegium novum ordine procedent. 3) Ubi ordine consederint, promotio inchoabitur ab invocatione nominis divini, quam precationem aliquis bonæ indolis puer recitabit ex memoria, carmine conceptam. 4) Post hæc decanus orationem habebit, candidatorum industriam priva-

tis et publicis examinibus probatam et cognitam toti auditorio modeste prædicabit, dignosque eos repertos, quibus gradus conferatur. Hinc singulos iuramento astringet.

Juramentum Theologorum.

Ego N. N. sancte promitto, me in vera fide Sacris Scripturis patefacta et ecclesiæ symbolis, Apostolico, Nicæno, Athanasiano breviter expressa ac in genuina confessione Augustana et Upsaliensi concilio recepta, constanter usque ad finem vitæ perseverare velle eamque adversus omnis generis corruptelas pie et modeste tueri, eandem sijncero studio docendo ad alios propagare. In gravibus vero controversijs aut casuum quæstionibus definiendis circumspecte agam, adhibita diligenti scripturarum consideratione et consilio gravium virorum, quorum scientia et integritas in rebus fidei perspecta est. Schismatis occasiones studiose fugiam, studia et labores omnes ad Dei gloriam et ecclesiæ incrementum secundum mensuram gratiæ, quam mihi Deus conferet, dirigam. Ita me Deus adiuvet.

Juramentum Jureconsultorum.

Ego N. sancte polliceor, me in tradenda doctrina Juris expeditissimam rationem sectari velle omniaque ad reipublicæ usum et legum huius imperij genuinum sensum fideliter accommodare, iuris et æqvi exactam rationem in omnibus sententijs, consultationibus et judicijs semper sum habiturus, nec unquam mea sponte a vero rectove declinaturus in cuiusqvam aut gratiam aut odium. Malam cuiusque causam non tuebor, et quascunque alias corruptiones fugiam, lites non traham, sed bona fide causas et negotia mihi commissa tractabo. Ita me Deus adiuvet.

Juramentum Medicorum.

Ego N. juro sancteque recipio me in tradenda arte Medica a veterum præscripto et recentium probatissimorum institutis et recepta ac longo tempore probata medendi ratione non discessurum, eandem quoque rationem in morborum curatione sectabor, incerta et periculosa non adhibebo, sed ea solum quæ quam maxime ægrotorum sanitati conducere intelligam. In periculosis morbis et casibus aliorum medicorum consilia studiose requiram, auxilia quoque, si æger flagitet, non detrectabo. Occultorum quaque morborum publicatione neminem affligam, sed in omni officij mei exercitio id agam, quod honestas, pietas, amor proximi et christiana dilectio requirit secundum modum industriæ meæ. Ita me Deus adiuvet.

Juramentum Philosophorum.

Ego N. sancte promitto me in disciplinis tradendis perplexitatem omnem et sophisticationes vitaturum; tractabo vero ea præcipue, quæ in facultatibus cæteris et vita communi usum maximum habent.

Hinc licentiam impetrabit a Vicecancellario creandi Baccalaureos, Magistros et Doctores, qvam vicecancellarius nomine cancellarij decano solenniter audiente toto auditorio indulgebit: atque tum denique Decanus, adhibitis usitatis ceremonijs et insignibus et privilegijs, eis pro authoritate qua fungitur gradum conferet vel Magistrorum vel Doctorum.

Interim dum hæc fiunt, candidati superiorum facultatum per delectos munera professoribus et hospitibus distribuent, panni serici vel holoserici, quantum decanus probaverit, inferioribus chirothecas.

IV) Qvi Sumptus Candidatis faciendi.

I) Præsidem candidati finitis disputationibus honorario ornabunt, quod qvindecim thaleros unciales non excedet.

II) Ultima disputatione habita, candidati Decanum, præsidem et examinatores ad epulum invitabunt curantibus et præsentibus candidatorum duobus.

III) Philosophiæ candidatus decano sex thaleros unciales numerabit, reliquarum facultatum candidati quindecim, fisco facultatis inferendos.

IV) Sumptus conviviorum omnes moderabitur decanus, ut impensa philosophiæ candidato universa summam uncialium thalerorum octodecim non excedat, cæterarum facultatum uncialium centum, vel si solus sit, 150.

V) Qvæ Præmia graduum.

Gradus dignitatem tribuit et immunitatem cum publice disputandi privatimque docendi potestate, quod tamen postremum sibi nullus sine consensu decani et facultatis sumet.

VI) Statutum peculiare.

Qvi Sacræ Regiæ Majestati parent et huius regni indigenæ sunt, accipient gradum Upsaliæ; qui secus faxit, in docendi munere publico, in scholis et ecclesijs primarijs domesticis sit posterior et graduum privilegijs in hoc imperio careat, nisi S. R. M:tas supplicanti clementissime et singulariter aliud indulserit.

Caput XVII.

De Disputationibus tum in genere. 1) Qui eas celebrare debeant, 2) Et quæ Disputationes admittendæ, tum in specie de Disputationibus publicis et privatis et quomodo celebrari debeant.

In Genere.

I) Qvinam disputare debeant.

I) Professores publici ordinarias disputationes non negligent, sed ut freqvententur dabunt operam, idque ut fiat rector urgebit.

II) Qvi gradum academicum non habet, nisi professor speciali S. R. M:tis indultu constitutus sit, præsidendi potestatem non habeat, sed sub alterius præsidio disputet, eligendo ex ea facultate præsidem, ad quam disputatio spectat. In ea autem quisque facultate solum præsideat, in qua gradum acqvisivit. Et disputare licitum est omnibus professoribus ordinarijs et extra ordinarijs, item philosophiæ adiunctis et alijs quibusvis, quibus non est prohibitum disputare.

II) Quæ Disputationes admittendæ.

I) Disputatio, quæ absurdam aut impiam sententiam tuetur aut quæ turbas ciet, in academia non admittetur.

II) Disputationes, quæ admittendæ erunt, debebunt die Dominica, quæ eum, quo habebuntur, proxime præcedit, publice affigi; professoribus exempla distribui in templo, sacris peractis, ante meridiem per pedellum. Quæ nisi observata fuerint, eæ disputationes non admittentur.

In Specie.

De Disputationibus publicis, quomodo hæ celebrari debeant.

I) Publice disputaturus conscripta disputationis themata facultatis Decano exhibebit, tum si exercitij causa id faciet, tum si pro loco disputet.

II) Justo et paulo ante præfinito tempore disputationem publice affiget et distribuet inter professores.

III) Disputationes Juridicæ, Medicæ et Philosophicæ habebuntur die Sabbathi, Theologicæ die Veneris, ne aliæ perturbentur.

IV) Præses paucis verbis disputationem aperiet et opponentes invitabit.

V) Opponentium singulis horam unam præses ad disputandum permittet. Argumenta autem sua in forma syllogistica semper proponent;

nec respondentem volentem respondere interturbabit. Respondens præfatione tempus non teret dabitque operam sedulo, ut logice monstratis vitijs argumentorum respondeat.

VI) Placide disputationes fient sine scommatibus, calumnijs et rixa, vitata omni pertinacia præconceptam opinionem defendendi: omnesque ad veritatis explicationem dirigentur.

VII) Disputatio æstiva a sexta matutina, hyberno tempore ab hora matutina septima incipiens, ultra horam undecimam non extendetur.

IIX) Si quæ litigia aut rixæ inter disputantes ortæ fuerint, decanus interposita authoritate easdem interpellabit et corriget. Idem disputationem abrumpet, si disputantes constitutum tempus excedant.

IX) Qvod si decanus aberit aut facere neglexerit, rector aut etiam in facultate senior, monentibus cæteris, decani partes obibit.

De Disputationibus privatis, quomodo hæ instituendæ sint.

I) Privatæ Disputationes, ut in singulis facultatibus fiant, Decanus providebit, cum haud parum prosint discentibus, præcipue junioribus ad elementorum universalem et brevem cognitionem properantibus.

II) Dirigentur ad juventutis informationem, ne quid proponatur, quod sit veræ fidei aut saniori philosophiæ adversum, aut quod publice docentes perturbet, aut qvod in vita communi usum vel nullum vel exiguum habeat.

III) Brevibus thematibus hæ disputationes consignabuntur communicabunturque auditoribus. Qvod si themata ante a probatis scriptoribus concinnata sibi sumere velit respondens aut eius præses, faciet id probante et permittente facultatis Decano.

IV) Privatæ disputationes non excudentur typis, ne sumptu inutili graventur auditores, nec intempestivis dedicationibus onerentur homines authoribus ignoti. Qvod si quis parentibus, tutoribus, propinquis aut patronis, ex quibus beneficia percepit, progressus suos declarare velit, faciet id disputatione publica.

V) Has disputationes quoque decet modestia et candor et verecundia.

Caput XIIX.

De Lectionibus tum in genere tum in specie.

In Genere.

I) Rector cum facultatum Decanis diligenter dispiciet, ne quid juventuti proponatur, quod a senatu academico non sit probatum.

II) Omnium docentium præcipua cura sit, ut juventus recte informetur et sine multis ambagibus ad rerum non fucatam cognitionem de-

ducatur; itaque commentarijs prolixis dictandis horas totas non terent, sed si dictandum erit, argumentum cuiusque scripti cum dispositione et partibus, ut et singulorum capitum oeconomiam brevemque sensum tradent, memoriæ auditorum consulentes.

III) Qvantum fieri possit dabunt operam singuli, ut annuo spatio lectionem quisque suam, si author longior sit, finiant. Sic Veteris Testamenti scripta fere singula, excepta Genesi, Psalterio et Prophetis Maioribus, annui *(sic)* spacio absolvi possunt. Locorum autem Theologicorum explicatio biennij spacium requirere videtur. Sic Jurisconsulti dabunt operam, ut Legum Sueticarum itemque Institutionum et similium tractatuum enarrationem anno absolvant. Medicorum alter suam lectionem Institutionum medicarum uno anno percurret, alter pro qvantitate libri tempus sufficiens adhibebit. Sic plerique Philosophi anni termino poterunt absolvere quisque suam prælectionem.

IV) Professores, inprimisque Philosophiæ, disciplinas suas clare et perspicue sine omnibus prorsus Scholasticorum perplexitatibus metaphysicisque speculationibus, tricis et subtilitatibus juventuti proponent, inque ijs tradendis ordinem et methodum Socraticam seu Rameam accurate tenebunt, nec a rebus ipsis temere unquam recedent.

De Lectionibus in specie.

Cum quatuor sint facultates, multumque iuvet rem literariam certus ordo, hic quoque inprimis in academia observari debet.

I) Theologorum.

Ex theologis primus hora octava matutina Veteris Testamenti libros historicos auditoribus proponet; alter libros Novi Testamenti hora nona; tertius tractabit Prophetas hora secunda pomoeridiana; qvartus enarrabit Locos sive Articulos fidei cum Controversijs, idque hora nona.

Noverint vero theologiæ professores, hac constitutione sibi severe esse prohibitum, ne metaphysicarum et scholasticarum disputationum, unde pontificiæ tenebræ et abominationes olim exortæ sunt, commistione doctrinam suam, scripta adeoque theologiam ipsam deforment. Id qui fecerit et admonitus parere recusaverit, gravi cancellarij et senatus academici censura coerceatur.

II) Juris consultorum.

1) Ex juris professoribus primus Jus Civile Suecorum explicabit, et eius cum Romanis legibus collationem instituet; idemque ex Jure Civili Romano et Canonico selectas juventuti proponet materias; exque illis quæstiones formabit ad regni Suetici statum accommodatas; leget autem ante meridiem hora nona.

2) Alter secunda pomeridiana Institutiones Juris Civilis profitebitur dabitque operam, ut ex naturalibus Ethicæ et Politicæ principijs, in primis ex sacra Scriptura, quæ omnium honestarum legum fundamentum merito censebitur, quotiescunque opus visum fuerit, rationes deducant [ɔ:-cat] magis, quam ex non necessarijs interpretum allegationibus et varietate.

3) Uterque autem tam in lectionibus quam disputationibus ea præcipue afferet, quæ ad praxin qvam proxime accedunt, et quæ reipublicæ gubernationi inserviunt.

III) Medicorum.

1) Medicorum primus Institutiones Medicinæ enarrabit cum medendi methodo, a meridie hora tertia.

2) Alter hora 7 matutina Physicen Magiri (!) docebit, cui addet herbarum et partium comporis humani explicationem. Hic idem Sectionem quotannis administrabit, suppeditante præfecto arcis cadaver. Spectatores singuli marcas duas solvent, ex quibus una Anatomico, altera fisco facultatis medicæ cedet. Professores tamen gratis ad inspectionem admittentur.

3) Qvod si uterque ei labori per vices præesse voluerit, tum duo illi medici pecuniam anatomico debitam inter se æqvaliter divident.

4) Cadaver peracta sectione ritu consueto sepelietur, comitante anatomico et medicinæ studiosis, ceterisque inspectoribus, si qvi volent.

5) Uterque autem medicus aliquid ex Hip[p]ocrate vel Galeno per vices proponet.

IV) Philosophorum.

I.

I) Principio vult S. R. M:tas Mathematicam professionem, non qvod vulgus professorum existimat esse Arithmeticam quamcunque vulgarem et Geometriam Practicam cum sphærula sex maiorum, quatuor minorum peripheriarum, sed ad mathematicam cathedram bene beateque illustrandam opus esse Euclide, Archimede, Ptolemæo, Copernico, Diophan[t]o*, Nicomacho, Jordano, Apollonio, Sereno, Theodosio, Menelao, Eutocio, Pappo, Proclo, Theone, Herone, Regimontano, Ramo, Schonero, et id genus alijs authoribus probatissimis.

II) Primus itaque Mathematicus erit Euclideus, qui hora pomeridiana 2. proponet Arithmeticam et Geometriam P. Rami cum numeris figuratis, tum Algebra et Logistica hexagenaria.

---

* Om dessa och följande författarenamn jämför E. M. Dahlin: Bidrag t. de math. vetensk. hist. i Sverige, s. 76 ff. Ups. 1875.

III) Secundus erit Archimedeus, qui docebit Musicam vel Freigij vel alterius probati authoris, Opticam Friderici Reisneri, Isorropica et Mechanica Aristotelis, cum Commentarijs Guidonis Ubaldi, Itabi, Hindrici Monantolij Galli et aliorum.

IV) Tertius erit Ptolemaicus, qvi proponet sphæram Johannis de Sacro Busto, Brusæum de primo mobili; Theorias planetarum Purbachij, Magini Geographiam cum Architectura Vitruvii.

V) Hæc autem præcepta mathematica præstabit accomodari a docentibus ad civilem usum in dimensionibus agrorum, altitudinum, profunditatum, latitudinum, ædificiorum, montium, fossarum, camporum, castrorum, fluminum; ad usum judicum in divisione bonorum, architectonicæ et militaris disciplinæ; mercatorum quoque in navigationibus, in locorum distantijs, in supputationibus rationum, quales hodie in S. R. M:tis Camera in usu sunt.

II.

Hæbreæ Linguæ professor hebræam linguam una cum initijs Chaldaicæ, Arabicæ et Syriacæ linguæ tradet hora 9, qua in re cum Buxtorfius excellat, eum proponet.

III.

Usum præceptorum monstrabit ex textu aliquo Biblico, inprimis ex Genesi, Jobo, et Psalterio, Prophetis et alijs libris, ubi et obscuriorum et controversorum locorum explicationem addet, et ex Hagiographicis disputabit.

IV.

Græcæ Linguæ professor docebit Grammaticam Clenardi vel Gualperij, usum autem Græcæ Grammatices in Novi Testamenti libris, in Patrum scriptis, in Homero, Euripide, Pindaro, Theocrito, Sophocle, item Gregorio Nazianzeno, monstrabit Socratice, idque hora 7 antemeridiana.

V.

Philosophiæ Civilis professor Ethica et Politica aut Althusij aut etiam Golij tradet navabitque operam, ut in politicis status huius regni mentionem faciat, usum autem in Libris Regum, in Herodoto, Thucydide, Diodoro Siculo, Polybio, Livio &c. monstrabit, et hoc qvidem hora 8 antemeridiana.

VI.

I) Historicus a meridie hora 1. universalem mundi Historiam eamque brevem ex Philippi Chronico aut Sleidani de 4 monarchijs, eiusdem

commentarijs et supplemento, aut ex simili probato authore proponet, monstratis semper scriptoribus historicis, unde historiarum series sit desumpta, ut ita simul juventutem ad authores tum veteres tum recentiores legendos et intelligendos quasi manuducat.

II) Usum historiarum in ecclesiæ, politiæ et oeconomiæ administratione ostendet, cumque præsenti reipublicæ statu veterum rerum publicarum exempla conferet.

III) Idem sedulo curabit, ut historia regum Sueciæ et Gothorum studiosæ juventuti innotescat, sed et res academiæ peculiares, vicissitudines seu mutationes, et notabiles casus iuxta seriem annorum et temporum consignabit.

VII.

I) Rhetor hora 4 pomeridiana præcepta Rhetorices a Ramo et Talæo conscripta docebit, monstratis simul ijs quæ monstrari debent his, qui ad eloquentiæ Ciceronianæ laudem aspirant. Cumque optimorum virorum judicio Ciceronis de Oratore tres ad fratrem libri tales sint, qui in academijs numquam conticescere debeant, illos quoque proponet nec non partitiones eiusdem.

II) Usum monstrabit junioribus in conscribendis epistolis, in colloquijs, in progymnasmatibus, provectioribus vero in Ciceronis orationibus, et libris philosophicis, in Demosthenis quibusdam et alijs orationibus itemque epistolis, ex Thucydide, Herodoto, Plutarcho, Livio &c. excerptis ijsdem dabit dispositiones orationum, quas scribant et publice recitent, idque ex memoria, ad quod ipsum omnes auditores erunt obligati. Materiam autem orationum depromant tum ex sacris tum profanis authoribus, tum etiam regum Sueciæ annalibus et historijs. Inprimis enim ad laudem Dei et huius regni regum itemque procerum memoriam ad posteros propagandam conferet. Præterea suos auditores excitabit eosque urgebit, ut de proposita aliqua quæstione ex tempore iuxta præcepta artis aliquid dicere conentur.

VIII.

I) Poëseos professor in arte recte conscribendi versus instituet auditores, præceptis ex Aristotele vel ex Giorgio Sabino, Scaligero, vel Pontano, vel alio probato Poëseos authore desumptis.

II) Usum autem præceptorum monstrabit in Homero, Hesiodo, Theocrito, Pindaro, Euripide, Sophocle, Virgilio, Horatio, Psalterio Buchanani, Ovidio, Propertio, Juvenale, ita tamen, ut gentiles poetæ satyrici inprimis cum sale ab eo interpretationem accipiant, et quæ non inpugnent christianis moribus. Docebit autem hora 3 pomeridiana.

IX.

Logices Professor Rami Logicam enarrabit, ubi cavebit perplexis scholasticorum disputationibus multisque dictatis juventutem fatigare. Eius vero usus cum non in disputationibus duntaxat appareat, verum in compositione et resolutione vim suam maxime ostendat, operam dabit logicus, ut præcepta potius ad usum in scriptis et operibus illis, in quibus logicæ artificium evidentius apparet, transferat, quam ut in nudis præceptis atque controversijs acquiescat, idque faciet sine multis ambagibus et superfluis dictatis.

Coronidis loco tales erunt philosophi inque id sedulo incumbent, ut rerum sint magis actores, quam verborum fabricatores, utque quisque cum philosophiæ studio eloquentiam in usu coniungat, ne tales ex eorum scholis prodeant, qui studiosi fuerint Rhetorices et dicere non noverint, aut Mathematicæ dediti ignorent rationem demonstrandi earum disciplinarum usum; idemque iudicium erit de ceteris. Atque hoc constitutum sit de publicis lectionibus.

Privatæ vero lectiones, ut et disputationes, horis extraordinarijs fient, itemque orationes, quæ a studiosis exercitij causa publice vel privatim habentur.

Caput XIX.

De Classibus et Examinibus.

I) Professores publici auditores omnes distribuent in Classes lectionum certas efficientque, ut quicumque studiorum gratia in urbe Upsaliensi degunt, singuli binis lectionibus publicis sint obnoxij. Ad linguarum vero exercitia omnes erunt obligati; excipiuntur vero qui gradum sunt adepti, aut alias propter eruditionem speciali professorum indultu excepti.

II) Examina alia sunt menstrua, alia semestria, menstrua quibus auditores ea reddere tenebuntur, quæ isto mense audiverunt.

III) Semestria erunt, in quibus publicum examen instituent singuli professores cum suis auditoribus in præsentia decani et collegarum, eaque ante rectoris mutationem habebuntur.

IV) Peracto examine, decani auditores iterum recensebunt et ad lectiones ordinabunt, præscribendo cuique quos professores audire debeat.

V) Et quia in informationis modo sæpe erratur, propterea quod ad quid discipulus sit habilis non attenditur, ideo si cui sit ætas, ingenium et facultas diutius continuandi literarum studia, ducatur per omnes scientias et linguas inservientes facultati, in qua ætatem terere decrevit. Quibus vero est maior temporis, ingenij aut sumptuum angustia, ad ea properent, quæ ad vitæ genus quod elegerunt proxime conducant. Sic

in republica sunt, qui calculando rationes utiles subducere didicerunt, qvi scripturæ et manus elegantia excellunt, qui aliqvid saltem Latine didicerunt vel patria lingua epistolam concinne exarare, magis vero si qua legum aut historiæ cognitio adsit.

VI) Discant vero adolescentes non humiliter et abiecte de se sentire deque presenti reipublicæ statu, unde frequenter oriuntur de rebus varijs quærimoniæ et lamentationes, exterarum rerum admiratio, desperatio de rebus et actionibus præclaris, magnum in reipublicæ administratione impedimentum. Quæ omnia educatione et informatione corrigenda sunt, ut erigantur mature iuvenum animi ad spem meliorem et præclaras actiones, ubi etiam singularis præceptorum industria reqviritur.

Caput XX.

De Ferijs.

I) Feriæ ordinariæ in academia erunt, Natales a Die Thomæ ad festum Epiphaniorum, Paschales a Dominica Palmarum quatuordecim dierum, Caniculares triginta dierum.

II) Qvod autem studiosi indigenæ sæpius ex academia excurrunt et vacua auditoria relinquunt, id S. R. M:tas severe prohibet in posterum tempus fieri in deliquentes animadversum [ɔ:-sura].

Caput XXI.

De Inspectoribus.

I) aerarij publici et ædificiorum.

I) Inspectores ærarij publici ex numero professorum senatus maior constituet, viros probatæ integritatis et fidei.

II) Horum cura erit 1) videre, ut quod ex reditibus academiæ quæstor colligit, loco tuto et bene munito asservetur, 2) ut privilegia et diplomata omnia, quibus academiæ reditus, iura et privilegia continentur, custodiantur recte, 3) ut stipendia professoribus bis in anno persolvantur, ad 20 Septemb. summæ dimidium, reliquum vero circa tertium diem Aprilis.

III) Providere, ne bona academiæ, fundi atque coloni a quæstore inique tractentur, ne minuantur reditus.

IV) Ad structuram ac ædificiorum academicorum reparationem aliosque academiæ usus pecuniam ex ærario depromere, eamque curatoribus reddere.

V) Hoc officium erit sexcennale vel longius, prout senatui academiæ maiori visum fuerit.

VI) Ærarium ipsum tribus clavibus clausum erit, sitque una in potestate qvæstoris, qui rationibus præest, reliquæ penes inspectores reliquos.

VII) A præfectis vero his rationes requiret procancellarius cum selectis ex senatorio academiæ ordine quatuor viris.

VIII) Aedificiorum quoque publicorum structuram curent, sarta tecta conservent videantque, ne qvid æris publici in his frustra insumatur.

II) Fisci facultatum.

I) Fisci cuiusque facultatis curam aget decanus et in facultate senior.

II) Ex hac pecunia recondent quantum ad facultatis usum, reliquum vero in ædificiorum reparationem distribuent collegis, æqvaliter omnibus.

III) Mensæ Communis.

I) Mensæ item Communis inspectores erunt gemini, quos rector et senatus minor eliget.

II) Hi quærimonias convictorum et oeconomi cognoscent, graviores ad rectorem vel senatum minorem referent.

IV) De Inspectoribus Stipendiatorum.

I) In stipendiarios regios annui inspectores bini constituentur, ex ordinarijs theologis unus, quem facultas designabit, alter ex philosophis.

II) Hi 1) exercitiorum rationem publice et privatim tenebunt attendentque, quibus stipendiarij vacent. 2) Disputationibus eorum privatis assidebunt easque moderabuntur, theologus theologicas, philosophus philosophicas. Disputabunt autem semel in hebdomade in philosophia et theologia alterne, nisi publica disputatio theologica aut alia solennis impediat. His disputationibus præsidebunt adiuncti philosophiæ, et qui ex stipendiarijs gradum habent. 3) Inspectores quoque hi stipendia curabunt stipendiarijs, quæ cuique eorum solvent bis in anno circa idem tempus, quo professoribus solvuntur.

III) Hæc quoque inspectio erit annua et ad omnes theologos et philosophos pertinget, ordine progrediendo a senioribus ad juniores.

V) De inspectoribus Bibliothecæ.

Bibliothecæ inspectores providebunt 1) ut Bibliotheca necessaria utilium librorum supellectile instruatur 2) instrumentis Mathematicis et Geographicis tabulis exornetur 3) ut Catalogus librorum sartus tectus maneat. Nec libri alijs petentibus extra bibliothecæ limina permittantur.

VI) Typographiæ et Bibliopolij Inspectores.

I) Typographiæ et Bibliopolij annui duo erunt inspectores, ad id a senatu academico delecti.

II) Horum munus erit Typographiæ operas et rationes dirigere et prohibere, ne qvid typis excudatur, qvod laboret aliquo vitio, quod a Decano aut Consistorio non sit approbatum, qvod rixas et dissentiones excitet aut publicam honestatem lædat et bonorum famam.

III) Ut Bibliopolam, nisi per se id faciat, cogant, ut libros studiosis et academiæ utiles iusto precio vendat.

IV) Item videant, ne qvid vendatur, qvod sit in fidem nostram christianam blasphemum aut in homines contumeliosum aut obscoenum ineptumque aut qvod præsenti regni statui noceat.

Caput XXII.

De Moribus Studiosorum.

I) Pietas ab omnibus nostris studiosis et civibus colatur, religio discatur, biblia quotidie mane et vesperi legantur, Deus recte et ardenter invocetur, ad honorem et gloriam Dei, ad incolumitatem huius regni omnia studia referantur.

II) Nomen Dei nemo vane usurpabit, vel Epicureis sermonibus spargendis vel corruptelis veræ doctrinæ defendendis vel in magicis præstigijs et in cantationibus et periurijs. Nemo nomen religionis, evangelij, Dei ipsius prætexat privatis cupiditatibus, nec scandalis doctrinæ vel morum quis professionem deformabit. Omnes servate iuramenta confirmata rectori, magistratui et alijs promissa, Quod si citati in iudicium a rectore cui jurarunt non comparuerint aut sententiæ rectoris et consistorij parere detrectaverint, qvi arestum seu vadimonium violaverint, periuri censebuntur et infames et a consistorio maiore punientur exclusione.

III) Crebro audiendis concionibus, publicæ precationi in templis et gratiarum actioni et similibus sanctis operibus omnes et singuli intersunto. Omnes ludi omittantur a ministerio publico abducentes. Veneramini ministros verbi fideles, crebro accedite ad sacram synaxin, eaque iuxta Pauli præscriptum utimini. Qvi secus fecerit, si admonitus non fecerit suum officium, punietur vel carcere vel ignominiosa exclusione.

IV) Magistratum, parentes vestros et præceptores honore afficite vosque ijs reverenter subjicite, eis obedite et gratitudinem debitam præstate, legibus honestis et academiæ pie morem gerite.

V) Nemo studiorum causa Upsaliam veniens ultra octo dies inscriptionem differat, sed omnes nomen suum apud rectorem edant, et se ipsi huiusque successoribus et academiæ iuramento astringant. Nec qvisquam non inscriptum in sua mensa alat. Qvi nullas lectiones publice audiunt, si admoniti se non emendaverint, in patriam vel ad parentes ex academia relegabuntur.

VI) Cuilibet studiosorum concessum erit rectori denunciare, si qvis professorum vel ex inspectoribus suum officium legendo, disputando, exercitia declamationum celebrando, et alia non obeundo non faciat vel malis sit moribus. Nec nomen denunciantis cuiquam revelabitur.

VII) Nemo magnifico rectori, professoribus et præceptoribus suis maledicat, iniuste obloquatur, multo minus resistat sub poena arbitraria. Ad publicas actus, declamationes, disputationes, funera invitati sedulo freqventerque conveniant. Ne qvis chartas publice affixas, programmata rectoris et academiæ senatus et professorum disputationes vel de alijs negotijs significationes sub eadem poena iniussus refiget.

VIII) Propter Deum et publicæ pacis conservationem ab omnibus iniurijs vi vel fraude aliorum corpora et vitam lædentibus, a seditiosis tumultibus, ædium oppugnationibus et cædibus abstinete; nec indulgete odijs, livori et cupiditati vindictæ, qua sæpius homines tristissimas calamitates sibi et totis gentibus attrahunt. Qvod si qvis in civitate globum plumbeum noctu præsertim eiaculatus fuerit, is sciat hoc ipso facto se in relegationis poenam incidisse. Si quis petulantiam exercuerit, grassatus sit, conflixerit, sive sit provocans sive provocatus, itidem relegabitur. Clamores nocturnos, discursationes, tumultus, fenestrarum elisiones, ianuarum effractiones vitate. Certum enim exitium secum ferunt, et poena authores seqvetur vel carceris vel severior, suntque hæc eorum opera, qui in Cyclopum agmine aut Diabolorum lustris latrocinia exercent.

IX) Unusquisque vas et corpus suum, quod est sacrum domicilium, possideat in sanctificatione et honore, nec polluat se libidinibus vagis, sed iusti pudoris decus reverenter tueatur. Impuros enim toties calamitatibus et poenis obrui, primi mundi deletio et exempla quotidiana testantur; ijdem hæreditatem regni Dei amittunt et cæcitate spirituali puniuntur. Pudorem igitur et verecundiam in omni vita sectemini, sobrietatem et temperantiam, quæ castitatis nutricula et omnium donorum Dei conservatrix est, diligenter colite, occasiones quoque libidinum et intemperantiæ loca, personas, tempora studiose vitate. In domos nuptiarum nemo irrumpat, cauponas fugiant omnes et singuli, orgia Bacchi detestentur, habitum se dignum qvisque gerat et vestitum; qvi non paruerint, poenam expectabunt.

X) Qvisque suum teneat, ab alieno abstineat, suas res honeste augeat, onus paupertatis, si qui eo premitur, patienter ferat, sit ἀνταρχής; honestis laboribus et fide ac diligentia in studijs πενίαν effugere studeat, nemini qvis suum auferat, neminem defraudet. Vitent omnes non necessarios sumptus, qui in helluationes, convivia, luxum, vestitum et alias ineptias profunduntur. Procul habeant mutationes temerarias, emacitatem et similes pecuniæ pestes, emant non quod opus est, sed quod

necesse est. Solvite qvisque qvod mutuo sumpsistis, imprimis hospitibus pro victu qvidqvid et habitatione illis debetur, et solvite fideliter et tempestive, nam et hoc vobis scitote præceptum esse voce illa: Non furtum facies: quæ furta vel exclusione vel laqueo punientur. Sed et omnes ludos inhonestos, tesserarum, aleæ, chartarum et similes prohibemus hac addita comminatione: si qvis depræhensus fuerit ludendo alienam pecuniam aut libros ad se transtulisse, rectorem et consistorium ablata reposcituros et præterea utrumque de sententia rectoris puniri debere.

XI) Veritatem in omnibus doctrinæ christianæ partibus discendis, in omnibus literis et artibus atque disciplinis colendis, in contractibus, in sermone, in tota vita amate et constanter amplectimini et retinete; mendacia, falsas opiniones in doctrina de Deo, in artibus vitæ necessarijs, omnes calumnias, obtrectationes, convitia, vanitatem, perfidiam, dolos, jactantiam, simulationes in dictis, factis et gestibus, tanquam orcum fugite et execramini. Nullius mores infamia notate, nec bonos et innocentes fictis criminibus, sycophanticis calumnijs vel libellis famosis lacerate. In transgressores depræhensos infami exclusione e tota academiæ nostræ societate graviter animadvertemus.

Has Constitutiones, prout conceptis verbis expressæ sunt, ab omnibus accurate servari debere præcipimus, potestatem deferentes Academiæ Magistratibus et Inspectoribus, academiam secundum præscriptas leges gubernandi et earundem contemtores et violatores debita poena afficiendi. Mandamus vero ijs omnibus, quibus academiæ gubernatio commissa est aut in posterum committenda erit, ut officij sui memores propositarum constitutionum præscriptum urgeant sicque res dirigant omnes, ut quod a nobis pia erga deum et patriam affectione profectum est, felices progressus sortiatur in Dei gloriam et reipublicæ incrementum.

(L. S.)

Ad mandatum S. R. M:tis proprium ac speciale subscripserunt

Axelius Oxenstierna
Regni S. Cancellarius.

Johannes Skytte
L. baro in Duderof, Academiæ
Upsaliensis Cancellarius.

(Original med åtryckt rikssigill i Konsistorii Arkiv; består af 13 inuti hvarandra lagda pappersark in folio, af hvilka det yttersta utgör omslag).

92.

Gustaf Oxenstjerna (rector illustris) till sin fader, rikskansleren, om åtskilliga saker rörande Universitetet, Upsala d. 3 Augusti 1626.

Illustris ac Magnifice domine Cancellarie, pater charissime.

Variæ mihi sunt causæ, pater charissime, cur prius ad tuam Generositatem non scripserim, tum quod raro mihi occasio oblata sit, tum quod nihil hic in Academia interea temporis acciderit, cuius relatione te varietate alias et multitudine negotiorum distractum delectare possum, ideoque in hanc usque horam distuli. Ac cum iam mihi scribendi occasio oblata sit, nolo diutius differre, ne forte negligentiæ et socordiæ arguerer. In republica quidem nostra litteraria nihil contigit, quod tibi antea cognitum et perspectum esse dubito, non enim sæpe adhuc professorum conventui et deliberationibus interfui, tum quod rebus priuatis hoc anni tempore occupati professores, sibi molestum esse et [non] sine rei ipsorum familiaris iactura integrum tribuere diem consultationibus et deliberationibus proferant, tum ob absentiam studiosorum, qui diebus canicularibus parentes et amicos eorum acquirendorum causa, quæ victum et amictum concernunt, invisere desiderant. Quare satis mirari non possum, quod Johannes Schytte professores tantopere increpet, ijsque studiosorum ac præcipue stipendiariorum et qui mensa fruuntur regia absentiæ culpam imputet, cum gravissimo onere — paupertatis plerique illorum premantur, (egentibus enim ista beneficia ordinata sunt) nec una vice tantum, quantum ipsis per annum alterumve sufficiat, afferre possint, quidam enim inter stipendiarios sunt, quorum stipendium sunt decem thaleri, quorundam viginti, aliquorum triginta, hoc autem stipendio honeste se alere, nisi quis ex priuato addiderit, quis potest? Ii quoque, qui mensa utuntur regia, magno quidem beneficio affecti sunt, non inficior, attamen sine ope priuata ibi viuere nequeunt, pro victu enim solummodo tredecim thaleros expendent, deinde in vestes, libros et quæ id genus sunt alia; ubi autem hæc, nisi patriam invisant, accipient, meo ingenij acumine consequi non possum. Opinor magnam itaque hac in re professoribus fieri iniuriam, nec ipsis aliud esse argumentum, quo studiosos hic continuo detinere queant, quam semet ipsos hæc illis suppeditare gratis polliceantur, quod ipsis difficile erit. Cum autem Johannes Schytte rationes et argumenta illorum audire recuset, omniaque

quæ egerint peiorem in partem explicet, varia inde colligere licet, et variæ quoque cordibus hominum agitantur cogitationes, quas efferre non audent, quarum aliquas Deo volente tibi præsenti referam, cum eiusmodi literis committere incertis in discrimine positum sit, ne forte in aliorum manus perueniant, qui hæc ipsi referent. De statu vero rerum nostrarum ad matrem perscripsi, nec est quod iam plus scribam, sed Deum omnipotentem oro, ut te salua republica et patria cum matre charissima totaque familia salvum breui et incolumem reducat. Raptim Vpsaliæ, anno 1626, 3 Augusti.

T. F. O. E. C.

Gustavus Oxenstierne.

(Original i RiksArkivet, Axel Oxenstjernas brefvexling).

93.

Protokoll hållna i Konsistorium vid Universitets-Kanslern Johan Skyttes besök, Upsala d. 26—28 Maj 1627.

Rectore illustri domino Gustavo Oxenstierna.
Anno 1627 dhen 26 Maij.

War illustris dominus Cancellarius här tilstädes och lät kalla Rev. Dn. Archiepiscopum och alla Professores ordinarios oc extraordinarios tilhoopa in Consistorium, och när the kommo tilstädes, förmälte S. Ill. M., huru han efter H. K. M:tz befalningh, såsom och för det nijt och omwordnat, som han hadhe de Academiæ bono promovendo, hafwer warit förorsakat att kalla them tilhoopa och tillijka medh them consultera de bono academiæ och förhöra, om acta academica dirigeredes secundum tenorem constitutionum academicarum.

Frågadhe derföre först om al ting förhölles i academien efter Constitutiones? Der til swarades, att man hadhe begynt them att practicera så mycket möijeligit hadhe warit.

Frågade återigen, om Consistorium minus war stelt i werket? Swarades, att det war constituerat, och wijstes consistorij book, att det war och så anteknat.

Frågade än widare, hwar som consultationes minoris consistorij wore anteknade? Swarades, att consultationes wore alle tilsammans uthi

en book inskrefne, och att Dn. magnificus Rector hafwer här til ännu inthet i synnerheet kallat consistorium minus tilstädes, uthan alla professores, ty emedan professores plägade ganska fhå komma tilhoopa, hafwer man här til kallat them alla, på det att iu altid några måtte komma tilstädes, til dess man kunde settia något straf och böte på them, som icke kommo tilstädes, när the blefwo vocerade. Derföre på det att al ting dess skickeligere kunde tilgå, blef in præsentia illust. Dn. Cancellarij beslutet, att den som uthan lagligt förfall icke comparerade in consistorio när han blef vocatus, skulle för första gången böta 1 daler, andre gången 2 dal., tridie gången 4 dal., och fierde gången mista tertiam partem stipendij. Dogh hac cautione, att det motte them significeras näste dagen, för än consistorium skall hollas. Blef och beslutet, att notarius skulle bemälde mulcta exigera och redigera in fiscum academiæ. Och att consistoria skulle ordinarie hollas på odensdagen, och om thå helgedagh wore, på dagen näst efter.

Och emedan constitutiones academiæ de Assessoribus lyda således: nemo admittatur ad consistorium sine iuramento, befalte ill. Dn. Cancellarius, att assessores consistorij ändelig motte giöra deras juramentum, och sadhe, att den assessor som secundum constitutiones a Reg. S. M:te confirmatas icke wil giöra sitt juramentum, han præsterar icke heller Regiæ S. M:ti obedientiam.

Frågade derföre ill. Dn. Cancellarius, om the hadhe något i betänkiande, hwarföre the icke wille giöra juramentum. Swarade assessores, att dhe juramentum gerna giöra wille.

Frågade ill. Dn. Cancellarius widare, hwarföre the thå icke hafwa giordt deras juramentum?

Svarade M. Johannes Lenæus, att the som nyligen wore antagne in consistorium hade giordt theras iuramentum, men det hafwer waret i betänkiande, om och the skulle giöra sitt iuramentum, som länge hade setat in consistorio och der warit hade länge, för än Constitutiones gifne wore?

Swarade ill. Dn. Cancellarius, att the ligwäl motte giöra sitt juramentum, indragandes til exemplum assessores supremi iudicij regij, ibland hwilka the som åldrige wore flere gånger motte giöra deras iuramentum. Och altså præberade the theras iuramentum in præsentia illustris domini Cancellarij.

Desse efterskrefne eligerades och strax til assessores consistorij minoris.

Ex facultate Theologica, Doct. Laurentius Wallius och Mag. Johannes Lenæus.

Ex facultate Iuridica, Doct. Benedictus Crusius.

Ex facult. Medica Doct. Johannes Chesnecopherus.

Ex facult. Philosoph. Magist. Martinus Stenius, Mag. Sveno Jonæ, Mag. Martinus Gestrinius.

Och efter det M.· Johannes Simonius, som och tilförne war eligerat in assessorem minoris consistorij, nu genom döden war afleden, befalte ill. Dn. Cancellarius, att en i hans stadh eligeras skulle på näste consistorij dagh.

Frågades af assessoribus (professoribus), om någre wore borto af asessoribus, när consistoria hölles, huru man thå holla skulle? Swarade ill. Dn. Cancellarius, att dhe skulle ligwäl giöra det them borde, och att præsentium acta skulle obligera absentes. Men eliest inter præsentes maior pars concludet, et si suffragia fuerint paria, ea pars præferatur, ad quam accesserit suo suffragio magnificus rector, såsom constitutiones lyda.

Doctor Laurentius Wallius sade sigh om odensdagarna ofta blifua förhindrat medh concionibus funebralibus, att han icke kunde komma in consistorium, begerade han derföre, att han eo casu kunde excuseras, hwilket blef honom af Ill. Dn. Cancellario denegerat, approbantibus reliquis assessoribus, och swarat att det wore bettre, att han satte op sine conciones funebrales til en annan dag, eller och låta holla them genom en annan.

Frågade och ill. Dn. Cancellarius, huru det kom til att så lithet war annoterat i Consistorij book, och professores säga sigh ligwäl så mycket hafwa giöra medh consistorij handlinger. Swarade professores, att notarius hadhe det annoterat, wart derföre notarius tilfrågat, hwarföre han icke alla acta flitigt annoterat hadhe, ther han swarade sigh alla acta hafwa annoterat, dog korteligen efter det sätt, som tilförne i bruuk hadhe waret, och tå graviores casus hade förfallet, hade han och utriusque partis rationes anteknat, efter som Consistorij book skulle uthwysa, och sade sigh hafwa flera acta förwarat, som icke ännu wore i booken inskrefne. Tå sadhe ill. Dn. Cancellarius, att han skulle annotera acta singula, och altidh flitigen utriusque partis rationes cum decisionibus consistorij. Och hwar han det icke giöra wille, skulle man wäl der til finna en annan. Ther notarius swarade sigh det gerna efterkomma willia, och ther han tilförne en sådan instruction haft hade, skulle hon icke heller blifwit negligerat. Sade och M. Olaus Laurelius, att ingen notarius tilförne hade waret så flitigh som denne.

Illust. Dn. Cancellarius befalte, att alla acta skulle underskrifwas af assessoribus consistorij och secundum constitutiones in mutatione Rectoratus inleggias in consistorium.

Och efter Dn. professores sade, att notarius hade en ringa löön, så att en kunde inthet blifwa der widh, til dess han uthi sådane saker wäl

öfwat worde, lofwade ill. Dn. Cancellarius, att hans stipendium skulle förbettras. Wardt och beslutet, att när här efter en notarius constituerades, skulle der til eligeras en af professoribus iunioribus, på det man icke hade af nöden notarios novos ofta att constituera. Blef och beslutet, att notarius skulle och giöra sitt iuramentum.

Cancellarius: si in hoc exemplo non vis eos exercere, exerce eos in Ponte Asinorum aut in Modalibus.

Stigzelius: mox igitur ad ipsum e sacris exemplum veniemus, postquam absolvimus pauca illa, quæ restant in allato disticho Martialis. Pergite illa finire.

Cancellarius: tædiosum est amplius illa audire, perge in aliis.

Stigzelius: pergamus igitur ad Persium gravissimum scriptorem resolvendum.

Cancellarius: qvam tu es refractarius et meis monitis minus obseqvens. Archiepiscopus: necesse est, ut postulato cancellarii satisfacias.

Stigzelius: quia perillustris D. Cancellarius id omnino postulat, proponam exemplum hoc evangelicum resolvendum, certo confidens, si minus exactam forte attulerint analysin, ut illis ignoscatur, cum neque ante hæc eam a me audierint neque textum ad manus habeant. Atque ita exemplum illud Stigzelius discipulis proposuit, qvi illud nonnullaque alia ex evangelica historia depromta resolverunt.

Illis peractis proposuit Reverendiss. D. Archiepiscopus M. Stigzelio qvestiones duas 1) an Logica Rami sit sufficiens, ut nulla additione ex aliis sit opus?

Stigzelius: peto, ut liceat hanc qvæstionem ad meos auditores devolvere, qvo de ea inter se in utramque partem disserentes, specimen aliquod ederent in altero Logices usu, nempe Genesi.

Archiepiscopus regessit se non iis sed Stigzelio illam proposuisse.

Stigzelius: multis controversiis et litibus implicata est hæc qvæstio, qvamobrem malo, si fieri possit, ut ejus explicatio commodiori loco et tempori reservetur. Archiepiscopus instat et repetit qvæstionem.

Cancellarius: responde ad hanc qvestionem Dom. Archiepiscopi et explica ingenue tuam mentem, nam in examinis ingressu præfatus es te Logicam Rami juxta constitutiones proposuisse, ita tamen ut pro re nata ex aliis etiam Logicis aliqva addideris.

Stigzelius: nihil incommodi habet auditoribus indicare, qvibus vocibus et terminis Aristotelici eadem præcepta, quæ Ramus habet, exprimant, nec inutile est pauca addere, quibus Ramea uberius declarantur, et auditores ad scripta bonorum auctorum intelligenda expeditiores red dantur, inter qvos plurima ex Aristotelica sunt disciplina.

Cancell.: Scorias misces auro. Archiepiscopus: Qvibus te igitur adjungis, Ramæis an Aristotelicis? Stigzelius: non multum refert, qvibus magis faciam, modo qvæ vera sunt et utilia seqvar.

Cancellarius: responde tu candide et ingenue.

Stigzelius: qvandoqvidem hoc a me tantopere urgeatur, candide, ut jubeor, meam hac in causa aperiam mentem et cum Seneca his verbis respondeo: non me cuipiam mancipavi, nullius nomen fero, multum magnorum virorum judicio tribuo, aliqvid et meo vendico.

Cancellarius: plurimum tibi tribuis. Nec ego velim, ut te alicui addicas, et optarem te non esse addictum.

Archiepiscopus: existimas solam et nudam Rami Logicam sufficere juventuti in scholis et academiis?

Stigzelius: incipientibus sufficere potest, doctioribus autem et iis, qui ad exquisitam logicæ cognitionem adspirant, non item.

Cancellarius: qva e[rgo] conscientia eam publice discipulis tuis explicare potes?

Stigzelius: ea qua aliqvod compendium alterius authoris explicare possem. Nam in compendiis non omnia possunt tradi.

Archiepiscopus recitat Constitutiones de lectione Professoris Logices monetque eas jubere, ut solus Ramus proponatur.

Stigzelius: Ramum meis discipulis sufficienter inculcavi, qvique [ɔ:iique] illius logicam rite tenent.

Cancellarius: explicas Ramum, ut Diabolus Psalterium.

Stigzelius: non potest id merito mihi tribui, non enim aliorum scripta nisi candide explicare volo.

Cancellarius: tu forte admisces tricas et nugas methaphysicas?

Stigzelius: non est id a me factum, alienus a nugis sum, provoco ad auditores, totam Academiam et propria mea scripta.

Cancellarius: moneo tibi caveas.

Stigzelius: in philosophia præstantissimorum et eruditissimorum judiciis nitor, ut Lipsii, Josephi, Scaligeri, Casauboni, Heinsii et reliquorum in Belgio.

Cancellarius: Lipsius alicubi dicit, neminem fore magnum, cui Ramus est magnus; an tu id probas?

Stigzelius: id qvidem simpliciter non probo, sed de aliis loqvor [ɔ:loquitur], nam non pauca satis honorifica de Ramo e Philippo affert. Id addit, credo, si soli regnare velint, veteribus rejectis, esse reprimendos.

Archiepiscopus alteram qvæstionem proponit: an Methaphysica sit disciplina a Logica distincta, et annon omnia, qvæ in methaphysicis inveniuntur utilia, possent commode in Logica proponi?

Stigzelius: hæc qvæstio ad me sigillatim non pertinet, sed ad totam facultatem philosophicam.

Archiepiscopus urget, ut Stigzelius suum aperiat judicium.

Stigzelius: non solus sum ejusmodi odiosis qvæstionibus onerandus.

Archiepiscopus: hæc ad Logicam magis pertinent.

Stigzelius: si omnia utilia, quæ a nonnullis in methaphysicis traduntur, essent in logica proponenda, verendum esset, ne Logica minus [ɔ:nimis] prolixa evaderet, proinde commodius videtur, ut distincta in distinctis disciplinis tractentur, modo non nisi utilia ibi proponentur.

Archiepiscopus: hæc posse in Logica conjungi experimento mihi erat gymnasium Strengnense, in qvo professor Logices meo svasu et jussu Metaphysica et Logica conjunxit.

Stigzelius: non spero gymnasium illud academiæ fore regulam. Alias est. Ego generales illos terminos, qvid Causa, Effectum, Substancia, Adjunctum in doctrina inventionis Ramea breviter, et qvantum ad finem Logicæ necesse est, discipulis explico. Omnia autem, quæ de hisce et id genus aliis, scitu sunt necessaria, non possum comode in logicam transferre.

Archiepiscopus: Logica agit de omni Ente et non Ente, ergo illa recte in ea proponuntur. De Deo autem et Angelis in Metaphysica doctrina diabolica est.

Stigzelius: hoc argumento omnes disciplinæ, Theologia, Iurisprudentia et Philosophia in Logica forent proponendæ.

Procancellarius: non egomet volo confundere disciplinas.

Cancellarius: tu minus reverenter respondes archiepiscopo, sed de his privatim plura.

6 Novembris 8 antemeridiana de jure collegiorum(!) suos examinavit auditores M. Israel Bringius in præsentia Illustris. D. Cancellarii, Reverendiss. D. Archiepiscopi, Rectoris Acad. et Dom. Professorum. In medio examinis cursu sciscitabatur Illustriss. D. Cancellarius: numne juxta constitutiones Althusii Politica proposita fuerit?

Bringius: superioribus annis Althusium non modo publice prælegi, sed etiam examina publica ex illo institui. Deinde certas ob causas Bodinum prælegendum suscepi et in eo 4 libros priores absolvi, cætera vero quæ restant per Dei gratiam hoc semestri futuro ad exitum et finem perducere pro virili annitar.

Cancellarius postqvam hosce Bringii conatus approbasset et ob gravitatem styli huius auctoris et [ob] rerum maximarum qvas habet pondera, dixit sibi occasionem esse oblatam ex Bringii discursu se hanc movere qvæstionem. An in suffragiis ferendis authoritatis et dignitatis

ratio sit habenda? Exempli gratia si fuerit collegium, qvod in plures distribuatur classes, in qvarum prima 3 vel 4 personæ fuerint, in secunda decem, in tertia forte centum, num propter dignitatem primæ classis ejus prevalebunt suffragia?

Bringius: 1) non ad eundem modum omnia collegia conformantur, propterea hic merito valent stylus et consvetudo cujusque collegii. 2) distingvendum inter res. qvæ cadunt in deliberationem, qua vel universorum sunt vel singulorum, qvod jam prius monui in hoc ipso examine. Si de rebus singulorum qværatur, omnino omnium consensus reqviritur: si vero de rebus universorum, sufficit majoris partis consensus. 3) si in ferendis suffragiis authoritatis ratio sit habenda, multa seqverentur inconvenientia, si nempe illi, qui authoritate pollent, minus recte sentirent et opinionem perversam foverent. In nostro collegio academico ratio dignitatis non observatur, qvod et constitutionibus est consonum.

Cancellarius reqvirit etiam D. Loccenii super præsenti quæstione judicium.

Loccenius A(!) inquit: Hoc magis ex consuetudine et privilegiis pendet, quod una classis præ reliquis plus valoris habeat. Nam alias, quod spectat ad omnes tamquam singulos, id omnino omnium vota reqvirit, quia, quod omnes tangit, id ab omnibus debet approbari.

6 Novembris [hora] 1 pomeridiana ad examinis publici libramentum suorum auditorum industriam et profectum expendere coeperunt[ɔ:coepit] in præsentia illustriss. D. Cancellarii, Rev. D. Archiepiscopi ac Dnm. Professorum M. Martinus Nycopensis pro tempore Rector et id, quidem in opticis.

Cum vero aliquousque continuasset, postulavit Illustr. D. Cancellarius, ut hanc quæstionem Optices studiosi inter se ventilarent: an visio fiat emissione radiorum ab oculo, an vero per specierum receptionem? Nycopensis multis rationibus asseruit visionem fieri non radiorum emissione, sed specierum receptione.

2. M. Martinus Gestrinius in Geodesia, cui etiam Illustr. D. Cancell. sub examinis fine hisce quæstionibus gratificari voluit 1) quomodo hoc dictum, quod Gestrinius in præfatione in Geometriam suam nuper divulgatam posuit *ʼαγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω* cum illo vulgari *πᾶς ʼαγεωμέτρητος εἰσίτω* conciliari possit. Gestrinius respondit, Platonem ideo præ foribus academiæ suæ hoc symbolum posuisse, quod putaret Mathematicas artes erigere animum et mentis acumen exacuere non solum ad reliquas artes et doctrinas Philosophicas rectius percipiendas, verum etiam ad rempublicam bene administrandam, cujus rei nonnulla exempla in medium Gestrinius adduxit. Et quia eo tempore forte

professus erat Plato altiores doctrinas, quæ sine rerum mathematicarum cognitione percipi numquam potuerunt, ideo ageometritas ad illam scholam remisit, ubi ex professo hujusmodi doctrinæ tradebantur et cujus valvis hoc dictum inscriptum erat: *πᾶς 'αγεωμέτρητος εἰσίτω.*

2) Quare Mathematicos imperator Romanus appellat malevolos? Gestrinius: ibi astrologiæ judiciariæ addicti intelliguntur, de quibus Tacitus: est genus invisum hominibus.

7 Novembris ab 8 matutina examinavit etiam Arabica et Syriaca Westr[ogotus] * in præsentia Illustr. Dni. Cancell., Rev. D. Procancell., Rect. Magn. et Dn. Prof.

Cancell. pro coronide adjecit has quæstiones orientalium linguarum studiosis solvendas 1) an punctandi illa ratio Deo auctore gaudeat, an vero sit ingenii humani commentum? 2) An puncta illa S. linguam aliqua labe aspergant? 3) An sint necessaria? Magnificus D. Cancellarius contendit primo post captivitatem Babylonicam ab Esra nato et deinde non adeo necessaria, cum Judæi et alii sine punctis exqvisite norunt textum Hebreum recitare. M. Sveno cum suis asseruit puncta literis esse coæva et ab ipso Deo profecta. Sunt enim instar animæ vocum, quæ summæ arguerentur imperfectionum [ɔ:-nis], si illa carerent. Nec verisimile est, Deum Opt. Max. imperfectum quid tradidisse, quo consignarentur et hominibus traderentur ejus elogia. Qvare distinguendum inter ipsas vocales et earum notas: illa (!) sunt omnino nostra **, characteres non item.

D. Loccenius sequenti hora in professione eloquentiæ Skyttiana ex Livio tres orationes ex cathedra memoriter recitari earumqve postea analysin apponi curavit. Cujus jam *** auditores Illust. D. Cancellarius hac quæstione circa examinis finem exercere voluit: an ut singularum artium, ita et Oratoriæ perfectio a sua dependeat arte, adeo ut minime sit opus aliqua aliunde adsciscere? Ipse enim parens eloquentiæ vult oratorem suum gnarum esse omnium disciplinarum, dum dicit neminem cumulatum oratorem evasisse, nisi omnes doctrinas et artes noverit. D. Loccenius cum suis ostendit 1) orationi subjectas esse non voces solum, sed res omnes, prout disseri possint filo oratorio. 2) non opus esse oratoribus distincta artium cognitione, sed tantum universali notitia, accuratius tamen illa scire oportere, de quibus frequenter est agendum.

* D. v. s. Professor Sveno Jonæ Vestrogotus.

** Texten har: nria.

*** Texten har: in.

7 Novembris hora 1 pomeridiana in scenam examinis Medici suos produxit auctores D. Kirstenius, ut de morbis eorumque differentiis ex D. Sennerto examinaret, præsentibus Illustr. D. Cancellario, Rev. D. Archiepiscopo, Rectore Magn:o et dominis Professoribus reliquis.

Cui Illust. D. Cancellarius sequenti discursu ad finem examinis gratificari voluit 1) numne propterea rarius studio medico vacent studiosi, quod in tanto non videtur esse pretio Medicorum facultas, atque debebat, præsertim cum Jurisconsulti Medicis præferantur?

Dominus Chirstenius primas quidem deberi Medicis existimavit, quod corpus humanum sit Facultatis Medicæ objectum, sed eo devenisse res humanas, ut pessimi quique plerumque optimis præferantur, idque per jocum ex Vossii relatione in institutionibus.

2) Cui sectæ medicorum ejus discipuli sese adjunxerunt, Gallenicæ an Hippocraticæ * Paracelsiæ? Cui Chirstenius: Ego cum meis vexilla mea admovi scholæ Hipocraticæ.

3) Quid sentiret D. Kirstenius de schola Salerni[t]ana?

Chirstenius: velim auditores meos, quorum numerus jam accessit in dies, ex fundamentis informare, his positis alia superædificabimus. Schola autem Salernitana, cum sit tamen libellus dieteticus et pro rege Angliæ scriptus, hisce studiosis, funda[me]ntis artis medicæ non informatis, parum prodesset?

D. Loccenius item in institutionibus Juris Romani et quidem de modis aqvirendi rerum dominia sequenti hora examinavit: quum jam jucundum discursum Illustr. D. Cancellarius 1) de usucapione 2) de recto intellectu et usu cap. 18 Jorda B. L.L. instituit, dicendo tantam vim esse denunciationis rei vendendæ in placito, ut post illam triennalem præscriptionem retractio fieri nequeat, utcunque malo titulo bonum aliquod sit aqvisitum.

D. Loccenius respondit continere illam denuntiationem et præscriptionem triennalem vim judicati quasi vigore legum sancta[ɔ:sancitam].

Cancellarius: Multa quæris de definitionibus et terminis Juris Romani, sed omnia ad jus Suecanum non applicas, quemadmodum fieri alias oportuit. Loccenius: Ego quia doceo institutiones juris juxta constitutiones, informo meos auditores de vero intellectu institutionum, et quoties locus et occasio postulat, confero easdem cum jure Svecano, licet ejus collatio proprie spectet ad D. Dan. Sidenium.

8 Novembris hora 8 antemeridiem in præsentia Illustr. D. Cancellarii, Rev. D. Archiepiscopi, Rectoris Magn. et Dnm. Professorum cum

* Texten har: Hermeticæ.

suis auditoribus scrutinium instituit D. Daniel Sidenius et quidem ex lege Svecica de jure regio.

Circa finem examinis postulavit Illustris. D. Cancellarius, ut inter se studiosi juris de hac quæstione disceptarent: an possit quis fundum alienum abalienare? ex cap. 18 Jorda B. L.L., ubi dicitur triennalis possesssor fundum ex lege retinere posse, si emptio vel permutatio talis in placito legitime non fuerit retractata.

D. Sidenius et Loccenius dixerunt hunc posse hujus legis vigore eundem vel æqvipollentem fundum postulare, qui ita tempus a lege definitum neglexit, qui jus retractandi habuit, idque vi denuntiationis et præscriptionis: jura enim sunt vigilantibus, non dormientibus.

2) Interrogavit Illustr. D. Cancellarius, num in jure Svecano habeatur hujus quæsiti decisio: an sit judicandum secundum acta et probata an vero secundum conscientiam: nam verba illa ad finem cap. 14 Konungs[B] L.L. *hwad han heller will* duplicem videntur habere sensum; vel enim volunt, ut causæ judicentur secundum acta et probata, vel judici relinquunt alterutrum eligendi. Respondit Sidenius: legislatorem utrumque velle: dicit enim *effter ty samwet och skiälen, som Gud haffwer oss länt.*

3) Cancellarius qvæsivit, an plebeji et rustici, qui sunt bono equo, armis aliisque instructi, sint in Collegium Nobilium cooptandi? Respondit Sidenius, multos posse privilegio nobilitatis realis donari sine personali, quibus Collegio Nobilium interesse integrum non est.

Paulo post in hac examinum palestra suos exercere coepit auditores M. Olaus Laurelius ex propheta Esaja. Examine vero aliquousque continuato ac ferme finito pro favoris ac benevolentiæ symbolo Illustr. D. Cancellarius hunc discursum instituit. Quæ per se sunt clara, non egent explicatione et commentariis, at Scriptura S. ita eget*. Hoc jussit Illustr. D. Cancellarius, ut discipuli solverent. Et propterea etiam confestim studiosorum unus discursum illum solvendum excepit dicendo, distinguendum esse inter mysteria sacra per se considerata et inter illa, prout nobis in sacro codice offeruntur, intelligenda; priori modo sunt luce clariora, hoc vero respectu propter phrases et locutiones obscuriores egent interpretatione, non quod in se sunt obscura, sed quod homo intellectum habeat in divinis, occæcatum tenebris. M. Olaus Laurelius non solum dictis calculum adjecit, sed præterea etiam plurima ea collustrando plurium locorum collatione addidit. Post dum [ɔ:quam] aliquandiu perrexisset Laurelius in examine, coepit Illustr. D. Cancell. huic Academiæ Regiæ gratulari, quod ab illa methaphysicæ sophisticationes et tricæ jam sunt explosæ

* Texten har: e. l.

idque adscribendum dixit divinæ bonitati, sacræ etiam Majestati Regiæ pie defunctæ aliisque, quorum interfuit ejus saluti providere. Et ultimo gratulatus est M. Olao Laurelio 1) de diligentia in opere vocationis suæ et de genuina verbi divini tractatione 2) quod nullas miscuisset tricas inutiles suis prælectionibus Theologicis.

M. Laurelius dixit se et suos in Facultate collegas a præpostero proponendi genere ac scholasticis sophisticationibus abhorruisse et etiamnum posthac, quoad partibus hujus muneris adfuerunt, ab iis longe alienum fore. Gratias etiam egit singulares Illustr. Cancellarius Laurelio pro cura et favore, quem habet in ha[n]c Academiam, cujus quoque felicitati gratulabundus accinit ac devoto pectore Deum rogavit, ut de cetero etiam hoc statu felicissimo gaudere possit.

Hora pomeridiana 1 examinavit M. Jonas Vexionensis suos auditores in Epistola Pauli ad Romanos, præsentibus Reverendis Rectore Magn. et Dominis Professoribus.

Hora 8 pomeridiana M. Joh. Lenæus in 1 libro Samuelis suos examinavit. Postquam vero tempore exclusus longius progredi non posset, conclusionem addidit cum gratiarum actione ad Deum et piis precibus de conservatione status academiæ; grata deinde memoria beatæ recordationis regis Gustavi Magni beneficia regia in academiam hanc collata commemoravit simulque optavit, ut celsissima regia soboles diuturna pace et felici regimine semper potiatur. Et postquam auditorum diligentiam collaudasset, paucis finem fecit et gratias egit singulares viris illustribus et magnificis, qui hujus Academiæ curam laudabilem gerunt.

Andreas Tollstadius
Notar. Publ.

Hoc exemplum cum meo quod illustrissimi olim Cancellarii et Baronis Domini Johannis Schytte fuit, ad verbum convenire testor. Gevaliæ d. XX Januarii anni MDCCXXIV.

Abrahamus Wahlman.

(Efter en afskrift in 4:o, hvilken att döma af handstilen nästan är yngre än 1724 och nu finnes inhäftad ss. n. 7 i ett handskriftsband i Ups. Bibl:k, signerad: »J. H. Lidén, Mscr. rör. Svenska literaturen.« Afskrifvaren har haft svårt att läsa originalets förkortningar, hvilka derför stundom äro till oigenkännelighet vanställda).

110.

Kanslerns och Akademiska Konsistoriets beslut i åtskilliga Universitetet rörande ärender. Upsala [9 eller 10 Nov.] 1639.

Anno MDCXXXIX.

Convenerunt apud prælustrem dominum Johannem Skytte, l. baronem in Duderoff etc. academiæ Cancellarium, procancellarius, rector, futurus rector illustris comes Dela Gardie et professores ibique cum ejus excellentia de academiæ negotiis ita concluserunt, ut sequentia ex actis publicis excerpta indicant.

I) Proponebatur de forma consistorii ecclesiastici, cujus [rei] deliberatio quia hic non spectabat, svasit prælustris dominus Cancellarius, ut ad forum ecclesiasticum remitteretur.

II) Præterea de potestate et authoritate procancellarii, quæ præter alia in quatuor capitibus dicebatur consistere 1) protocolli inspectione 2) promotionum directione 3) stipendiariorum delectu et approbatione 4) depositoris constitutione. Et ut in absentia prælustris domini cancellarii ejus vices procancellarius sustineret juxta leges Academiæ.

Ad hæc singula responsum est et conclusum, quod authoritas procancellarii non modo in his nominatis, sed etiam in aliis, quæ legibus academiæ definiuntur, integra debeat servari. Omnia vero a procancellario peragentur, communicato consilio cum rectore et senatu academico sine præjudicio ullius officii in constitutionibus determinati, neque procancellarius aliquid decernet et exequetur inscio et invito senatu academico.

III) De distributione et inhibitione disputationum, quæ antea a decanis facultatum sunt approbatæ, sic sancitum 1] ut famulus publicus justis loco et tempore theses distribueret, id nisi fecerit poena afficeretur 2) an, quando et quomodo inhibitio disputationum fieri debeat, constitutionibus continetur 3) si quæ tamen disputatio videbitur esse inhibenda, fiet inhibitio per famulum academiæ, et consultatio de eadem disputatione habebitur in consistorio.

IV) Examinibus publicis de coetero instituendis aderunt professores et præcipue decani, qui una cum procancellario dabunt operam, ut omnia rite et secundum constitutiones fiant, de modo autem examinandi fusius in actis.

V) Quilibet professor ad consistorium a rectore vocatus compareat, sin justa et sontica causa eum impedit, in tempore eam rectori significabit, nisi velit mulcta constituta affici.

VI) De domo et instrumentis anatomicis ita fuit declaratum, ut procuratione prælustris domini cancellarii S. R. M:ti insinuaretur de domo et theatro anatomico, de sumtibus ad instrumenta anatomica emenda destinatis anatomicus rationem redderet.

VII) Decem studiosis medicinæ stipendia sunt decreta ea tamen conditione, ut sponsionibus obligarentur ad propositi muneris continuationem.

VIII) De reparatione veteris academiæ in posterum consultabitur, ut sciri possit, quid in ea et quomodo restaurari debeat quantumque impensarum desideret, de quibus S. R. M:ti supplicandum censuerunt.

IX) Visum est et e re patriæ et commodis juventutis academicæ, si Italica lingua hic excoleretur. Itaque rogarunt professores, ut prælustris dominus Cancellarius S. R. M:ti commendaret Andream Cuoco Italum huic muneri aptum deque certo stipendio illi prospiceret.

X) Postulata Petri Liungh et Olai Arwidi Tegnæi de officio depositoris delata fuerunt ad prælustrem dominum cancellarium et procancellarium, qui deinde ob causas, quæ fusius in actis continentur, Ljungio munus hoc adjudicaverunt.

XI) Quod attinet bona et prædia academiæ, dabunt operam professores et quæstor, ne quid detrimenti capiant neue sub quovis prætextu abalienentur, servato in omnibus regiæ donationis vigore.

XII) Publico programmate tam senatus academici quam urbani studiosis et aliis in urbe hac degentibus significabitur, ne post horam nonam vespertinam iuxta legem patriæ in cellis vinariis consideant vel alibi gulæ et rebus prohibitis indulgeant.

XIII) Quia ex diligenti nobilium informatione non exiguus honor academiæ accedit, placuit cunctis, ut peculiaris aliquis cura eorum haberetur. Itaque convocati eorum præceptores admonebantur suarum partium et maxime ut in posterum suos discipulos examini professorum subjicerent iisque rationem informandi, quotiens postulantur, exhiberent, qua de re publicum edictum prope diem promulgabitur.

XIV) De quæstore Ballingstadio ad regiam cameram referetur.

XV) Catalogus lectionum professorum diligenter dehinc a famulis academiæ consignabitur et quolibet semestri novo rectori tradetur, et negligentes mulctabuntur.

XVI) Ineptiæ depositionis et larvæ histrionum in comoediis seponentur.

XVII) Gallus* examen ordinarium subibit reddetque rationem sui laboris

Johannes Skytte L. Paulinus Gothus A. U.
Martinus Olai Nycopensis
Acad. Ubs. p. t. Rector

Johannes Canuti Lenæus	Jonas M. Wexionensis
Olaus Laurelius	Daniel Sidenius
Johannes Loccenius	Petrus Kirstenius
Martinus Stenius	Sveno Jonæ W.gothus
Martinus E. Gestrinius	Israel Bringius
Johannes L. Stalenus	Laurentius Stigzelius
Laurentius Fornelius	Ericus Brunnius
Matthias Mylonius	Ericus Emporagrius.

(Samtidig afskrift i Kongl. Biblioteket. Engeströms saml. B. X. 1. 35 in folio n. 18; dateringen har jag närmare bestämt med ledningen af Konsist. protokoll).

111.

L. Canther till Axel Oxenstjerna om sin undervisning af dennes son Erik, Upsala den 24 December 1639.

Excellentissime Heros, Domine clementissime.

Exigit nunc temporis et studiorum charissimi Vestræ Excellentiæ filij ratio, ut, quæ beneficio numinis eiusque studio in hunc usque diem perfecta sunt, excellentiæ vestræ perscribam; deque ijs, quæ adhuc exequenda supersunt, excelsum v:ræ ex:æ iudicium requiram. Absolvit ille, ante paucos dies, dissertationes Physicas, idque brevi ad præsidem gratiarum actione. Impediverunt professorum diversæ occupationes, quo minus eas citius maturare potuerit. Nihil tamen privatæ charissimi filij diligentiæ defuit; usus namque est (præter Freigium, Senertum aliosque recentiores) Aristoteli, Plinio, Seneca, Æliano; aliquantulum etiam, ubi res requirebat, Platone et Plutarcho, hoc præsertim, qua placita philosophorum spectat. Collegio Mathematico, cum id tam amplum sit, finis adhuc imponi nequivit; quæ restant, utpote duo libri Trigonometriæ, doc-

---

* D. v. s. den Franske språkmästaren.

trina secundorum mobilium, architectura militaris, mechanica ac eorum, quæ suppetunt, instrumentorii usus brevi temporis spacio finiri posse speramus. Exercitia Theologica præter lectionem hospitis, cui semper interfuerat V:æ Ex:tiæ filius, nulla in hoc usque tempus habere licuit, ob invaletudinem curasque hospitis nostri,* quæ affirmationem eius distulere. Promisit tamen certo operam suam post reditum a comitijs; ni ill:mi regentes, alia concredendo, ab instituto eum averterint. Latinam lingvam loquendo, interdum epistolis ad familiares, auditione historiæ Alexandri Magni, referendo quoque aliquid qualibet vespera ex Sulpitij Severi historia sacra atque pronunciatione concionum et orationum ex historicis exercet. Græcam Gallicamque ac Italicam addiscit, illas scribendo pariter et loquendo, hanc ob penuriam temporis usu tantum. Corporis exercitia haudquaquam negligit, incipitque eo magis discendi ardor concitari, quo robur conatibus eius respondet. Amplius ultimum est, quod, cum charissimo v:æ ex:æ filio ea studiorum series illudque tempus appetere videatur, quo ad philosophiam moralem advertere animum debeat, non ei inutile foret primum revolvere tabellas doctrinæ moralis, quibus antea assueverat; deinde Burgersdicii Ideam Philosophiæ moralis, mediocre compendium, a capite ad calcem legendo ante persequi, quam Aristotelis lectionem ordiatur; quo, si in initio collegij aliquid de Justitia et Jure occurreret, eius non ignarus esset; præterquam quod notitia priorum et posteriorum in hoc compendio multum faceret ad intelligendum Aristotelem, cuius illud ordinem ac præcepta insequitur. Inter ea bene cognoscenda sunt sectarum discrimina, quæ Lipsius in manuductione ad Philosophiam Stoicam prodidit. Inde adeunda Aristotelis præcepta, idque consultius sine commentarijs, cum professor vel præceptor eorum vicem supplere debeat. Adiungenda quoque aliquando Horne[j]i Ethica videtur ad acuendum iudicium, nec omittendus Epictetus, Theophrastus, Hierocles, carmina Pythagoræ; ita tamen ne diversa incertaque lectione animus atque memoria turbentur. Possent ad hæc cum iudicio legi Officia Ciceronis, unde professor quæstiones promere posset, ni Politica et quæ Ius publicum concernunt ibi contenta maximam eorum partem occuparent; quin satius est, ut quæstiones ex Aristotele et ad eius ordinem desumantur, adjectis iis, quæ magis ad usum quam ad contentiones conferre videntur. In Seneca et Plutharco erit aliquid, quod charissimus v:æ ex:tiæ filius per occasionem cum fructu hauriet ac mirabitur. Præses collegio ethico nullus alius eorum qui vacant et meo et aliorum iudicio repertus est aptior professore Stigzelio: quem, (si ex:ia v:a annuerit) id facturum fore confido. Hæc sunt, quæ ad

* Dokt. Joh. Loccenius enligt bref af 12 Maj 1639

v:æ ex:tiæ eximium graveque iudicium humillime refero. Deus v:ram ex:tiam incolumem diu servet, præstetque v:æ ex:tiæ firmam valetudinem et perennem fortunam.

Domino meo clementissimo
cultu et obsequio addictissimus servus
L. Canther.

Upsalia 24 Decemb. 1639.

(Original i RiksArkivet, Axel Oxenstjernas brefvexling).

112.

Protokoll hållet vid Konsistorii sammanträde i närvaro af Universitetets Kansler, Johan Skytte, Upsala d. 1 Mars 1644.

1. Martii.

Sammankalladhe prælustris Dominus Johannes Skytte, L. B. in Duderhoff etc. academiæ Vpsal. cancellarius, reverend. Dn. archiepiscopum procancellarium, illustrem et magnificum Dn. rectorem, Benedictum Oxenstierna, och dominos professores alla sampteligen in ædes Skyttianas, der till at consultera och deliberera de statu et rebus academiæ. Och då

I) Först, frågade hans excellentz in communi, om något pro tempore wore som turberade statum academiæ? Der på swarade magnificus rector, i förstonne tackandes hans excellens för den åhoga, hans excellens för academiæ wälstånd drager och det omaket, at hans excell. wil när lägenheet gifz invisere academian, sädan, at pro tempore, der öfuer man sig beswära måtte, icke något finnes thet statum academiæ turberar.

II) Der näst frågade hans excellens: om professores få richtigt vth deras deputerade salaria af qvæstore? Der till bejakade alla domini professores.

III) Beswärade sig dominus qvæstor, Mag. Boëtius Chruzelius, at academiæ kyrkiotijendhe kommer tämmelig til afkort, om andra vthom academiæ medel (the ther förebära fulmachter och order ifrån cammaren) skola medh henne dispensera och laga, oacktandes at wij tilförende högloflīges och glorwyrdigstes i åminnelsse Gustavi Magni bref der på hafua, at ingen skal öfuer dhe academiæ godz och kyrkiotijender, som

vthi den konungzliga donationen nämbde äro, hafua macht råda dispensera och laga, vthan acad. qvæstor allena. Tå gaf illustriss. cancellarius det rådet, at academien låter skrifua till cammaren der om.

IV) Förtälier hans excellens, at in aula klagas öfuer, at een stoor och rundh tijdh om åhret läsa professores intet vthi academien, så at om man skulle begynna supputera thessa stora ferias, så aflöper halfua åhret som intet läses publice, huarföre säija the, at the intet kunna sända sina barn til academien, ty ther läses intet. Ändock, sade hans excellens, iag intet tuiflar om professorum flijt, at the iw läsa så länge the hafua några auditores quar, men huadh medel skal man tijdigt vthsee der emot, at studiosi reesa ifrån academien, effter sig lemnandes auditoria vacua, huar uthaf itt sådant taal på professorerna och academien vpkommer, at the läsa intet publice. Huarföre på thet it sådant blam må förkomma, som på academiæ personerna och hälst professorerna fört är, är nödigt at vthsee the medel, som der til kunna tienliga wara.

Domini professores swarade: at the läsa huar på sin tima, så länge the hafua några auditores quar, hafua och brukat der til the medel, the hälst hafua kunna vthseedt der til tiena i så måtto, at the hafua lagt een mulctam på stipendiaterna som sig absentera. Det approberade hans excellentia, at the blifua straffade therföre, badh ytterligare professores vptänckia the medel, the bäst finna at coercera och adigera alla studiosos at frequentera lectiones publicas, them wille hans excellens S. R. M. föredraga och vnderskrifua låta. Bödh eliest compileras allt thet, som angår academiæ wälfärdh, at thet medh thet samma måtte bekräfftat och vnderskrifuit warda.

Hans excellens meente der til tiena, at man skrifuer absentes begynnandes på professorerna. Dock beslötz, at professores eliest bona fide göra sitt officium och weeta räckenskap på sina läxor.

V) Proponerades om then grufueliga skiutningh här i staden öfuas. Somliga professores meente rådeligit wara, at een wiss skotplass vthom staden der til förordnades. Thet tyckte prælustris cancellarius intet rådeligit wara, ty the vnga skola uthan twifuel ther genom fördärfuadhe wara.

VI) Beswärade sig Domini professores, at academien nu hafuer ingenn bookförare. Tå berättade M:r Emporagrius, at den tijdh han war ther vthe i Hollandh, tilbödh sig Elssewir at wilia hålla een booklådha här i Vpsala alla tijder städigt, allenast academien wille förskaffa honom det priuilegium af Majestate, at han fingo föra in sijna böker tulfritt. Beslötz at academien anhåller thet hoos Majestatem.

VII) Beslötz och, huru man skal procedera her effter, när någon skall tillåtas at bekomma stipendium regium her widh academien, nem-

ligen at domini professores presse hålla sig widh ordinationem regiam, intet skiötandes om någons recommendation.

VIII) Illustriss:s Dn. cancellarius frågade, om här äro någre fleere studiosi medicinæ, them man kunde öfuersenda til Stockholm, der till at låta informera sig af medico Gallo Durgeto,* tillijka medh them som tilförende ankomne äro. Ty han synes hafua een besynnerlig informandi modum och försäkrar oss, at han på een lijten behagelig tijdh wil göra them så färdiga som han sielf är. Domini professores swaradhe: at personerna får man wäll, der the eliest woro förwissade om något stipendio, det the kunna hålla sig medh. Tå beslötz, at the skola få stipendium in tertia classe thet är 120 daler kopparmynt, och der uthöfuer 30 Dr. kopp., så at heela deras stipendium här widh academien skall wara 150 Dr. koppermynt, och det allenast på tu åhrs tijdh provisionaliter deputeras åth 4, 5 eller 6 personer, som der til antagne blifua.

IX) M. Olaus Stenius philosophiæ adjunctus hafuer een rundh tijdh slagit sin hog til studium medicinæ, och det medh all möyelig flijt excolerat, will ochså reesa til Stockholm at låta widhare informera sig af be:te medico. Och begärar at få niuta sitt salarium pro adjunctura den tijdh han i Stockholm wijstas. Til thet assentierade hans excellens.

X) Beslötz, at academiæ rector låter inkalla then Gallum,** som Dn. Freinshemius hafuer recommenderat.

XI) Bewiliades och af hans excell., at man interea må gifua enom extraordinario, som lingvam gallicam instillerar juventuti, 100 Dr. koppermynt.

XII) Proponerade rector magnificus M. Caroli Lithmans, M. Andreæ Tolffstadii och M. Eliæ Unonis begäran at få niuta sitt salarium näste terminen, effter det the drogo ifrån academien och til Stockholms gymnasium, emedan sådant tilförende är androm wederfarit. Der på resoluerade sig Illust. Dn. cancellarius, at sådant är emot constitutiones academiæ och bör intet her effter skee, at den som sitter widh een annan lägenheet skal hafua något salarium her widh academien, sädan han hafuer tagit afskeedh.

XIII) Framwijstes it opus theologicum Joh. Crocii, cuius censuram petit a professoribus Upsaliensibus. Beslötz, at man skrifver honom til oss hafua bekommit samma opus och wilia thet igenom läsa.

* G. F. Durietz, inkallad från Frankrike till lifmedicus hos drottn. Kristina.

** Förmodligen samme Mag. Nicolaus Boissardus, hvars inkallande omtalas i Nov. samma år.

XIV) Ytterst blef beslutit, at alla the som studiosi wilia hecta och thet nampnet förswara, skola wara uthi Vpsala widh theras öfningar vthi academien och flijtigt frequentera lectiones publicas. Finnas och några, som liggia her i staden vnder studente nampn och alldrig gå uthi lexor i academien, theras nampn skola upteknas och lefreras cronones män i händer.

(Ur protokollen i Konsistorii arkiv)

113.

Drottning Kristina anslår åt Universitetet ökad Kyrkotionde att oafkortad uppbäras. Stockholm d. 30 Augusti 1645.

Wij Christina medh Gudz nåde, etc. Göre witterliget, att såsom wår Högstährade och Salige käre Herfader, glorwärdigst i åminnelsse, haffwer förmedelst sitt konglige breff, sub dato Stockholm den 31 Augusti åhr 1624, ewärdeligen doneradt academien i Upsala iblandh andre beneficia och så nogre Kyrkioherbergen, som ähre i synnerheet desse, i Helsingelandh, Alffta, Jäffssöö, Båldnäs, Sädersta och Dielsboo, uthi Wässmannelandh, Muncketorp, Biörskogh och Torpa, wij och till betyga wår kongelige benägenheet och ifwer till förfrämia bookelige konster, hafwe för någre åhr sedan* i lijka motto och under förrige privilegier be:te Academien medh nogre flere Kyrkioherbergen beneficerat, som ähre desse efftерfölliande: uthi Helsingelandh Hanebo, uthi Stockholms lähn, Skäfftuna, Onsale, Huussby, Närtuna och Huusby Longhundra, uthi Upsala lähn, Börie och Nääs; i Wessmannelandh, Harboo sochner, altså och emädan Kongl. M:ts donation förmår, att academien skall niutha syne kyrkiotyonder uthan nogon taxeringh, rätt förståendes, att hoon eller hennes tiänare icke befatte sigh medh the wahnlige och gamble afkortningarne; och Wij fuller för detta hafwe resolverat och förordnat, att öfwermåhlet i alle kyrkiotyenden uthi någre provincier skulle komma till det Kornhuset, wij hafwe welat opräatta widh Fahlu

---

* Den 28 Nov. 1637 afgick Regeringens bref till Kammaren, att gods och kyrkoherbergen med en årlig ränta af 2536 dal. silfvermynt skulle anslås åt Universitetet (RiksRegistr:t).

stadh för oåhr och misswäxt skuldh i Bergslagen och Dalarne, så haffwe wij lykwäl icke welat under denne wår förordningh om öfwermåhlet, förstå eller begrypet haffwa dee kyrkioherbergen, som mehr Högstbe:te Hans May:tt och wij sedermehra haffwer donerat och lagdt under academien i Upsala. Och fördenskuldh frykalle wij ofwanbe:te academiens kyrkioherbergen för all wydare afkortning, som här effter kan skee och påleggias andre wåre och chronones kyrkiotyonder här i ryket. Och så mycket öfwermåhls kappen anlangar, skall och academien then beholla oqwald för them, som medh be:de kornhuss widh Fahlun medh dess tillhörigh quota i andre kyrkiotyonden haffua beskaffa, nu och till ewärdelige tyder. Befalle fördenskulldh her medh alle, som wederböre, att icke tillfoge mehrbe:te wår academia i Upsala heremot hinder eller intrångh i någon motto. Till yttermehra wisso haffwe wij detta medh egen handh underskriffwit, och medh wårt secret bekrefftadt. Datum på wårt Slott Stockholm den 30 Augusti. Åhr Christi 1645.

Christina.
L. S.

(Original i Konsistorii Arkiv).

114.

Drottning Kristinas bekräftelse af Gustaf Adolfs donationsbref 1624 och privilegiebref 1625, Stockholm d. 22 December 1646.

Wij Christina etc. göre witterligit, att oss elskelighe wåre trogne vndersåtare och professores vthi wår academia i Vbsala hafwa igenom deres fullmächtige vthskickadhe, doctorem Johannem Lenæum och academiæ quæstorem Magistrum Boetium Chruzelium, låtit vnderdånigst præsentera dhe donationer och privilegier, som wår högståhrade sahlige käre herr fadher (glorwördigst i åminnelsse) konung Gustaff Adolph den andre och store på åthskillige tidher nämbligen den 31 Augusti åhr 1624 och den 25 Junij åhr 1625 bemelte wår academia medh begåfwat och benådat hafwer, ödmjukeligst bediandes, att wij dem medh egen hand och secret stadfästa och berörde wår academia och dess societet der widh erhålla, handhafwa och bewahra wille. Så aldenstund wij föreskrefne wåre trogne vndersåtares åstundan och ödmiuke begäran billig

och rättmätigh befinne, hafwe ock så dheres trohcet, rätträdigheet, lydno och wälwillighcet emoot oss altijdh till wårt godhe behagh sport och förnummit, hwarföre till att görligen tee och bewijsa, det wij äre mehrbemelte wår academia i Vbsala allernådigst wälbewågne, hälst och enkannerligen derföre att hon fordom förfallen och igenom tidhernes beswärlige förandringar myckit af sigh kommen är åter af högstbemelte wår sahlige käre herr fadher nästan som af nijo vprättat och funderat, så ock medh godz, gårdar och anseenlige intrader begåfwat och privilegerat. Dy hafwe wij vthi ett nådigt anseende af detta ofvanbemelte, som elliest för den kärlek och nådige affection wij drage till Gudz ordh och vngdomens godhe vptuchtelsse, loflige studier och bokelige konster, förbemelde wåre trogne vndersåtares ansökiande, såsom en saak den der i sigh sielf är favorabel, medh nådhe förstått och vptagit och efter wår högstährade herr fadhers exempel finne oss benägne i deres wilckor fast heller att förbättra än som förringa, och altså låtit oss forskrefne academiens wälfångne donationer och privilegia föreläsa och befunnit dhem lydande ord ifrån ord som föllier *(Härpå följa nu Gustaf Adolfs donationsbref af 31 Augusti 1624, hans bref om andra donationers frälsefrihet af samma dag och hans privilegiebref af 25 Juni 1625, ofvan tryckta under n. 79, 80 och 88).* Desse föreskrefne donationer och privilegia således författade och på pergament skrefne hafwe wij befunnit medh wår sahlige högstährade käre herr fadhers hand vnderskrefne och medh hans Maj:ts segel bekräfftadhe, hwarföre wij dhem ock här medh och i dhetta wårt öpne brefs kraft på dhet bäste sätt confirmera och stadfästa; och wele Vbsala academia och dhess professorer, räntmästare, studenter och alle academiens tillhörige och betiänte widh desse och alle andre dheres wälfångne privilegier och donationer, fryheter, rättigheter och immuniteter hålla och förswara och icke tillstädia, att dhem här emoot må skee någhot mehn, förfång eller intrångh i någhor måtto, vthan at de dhem obehindrat oeh oturberat skole niuta bruka och oqwaldt behålla, såsom dhe i alle sine puncter och clausuler lydha, och effter som sådant alt i sielfwe fundationen klart och tydeligen förmählt är, medh hwadh mehra som academien och dess betiänte till bästa och befordran vthi wåre omyndige åhr af wåre för dhette warandhe elskelige förmyndare och rijkzens regering på wårt nådhige behagh och widhere ratification tillagt och donerat är, förbiudandes för den skull här medh alle wåre ämbetzmän, högre och lägre, sampt befaldningzmän att göra något här emoot widh wår hämbd och onådhe. Till yttermehra wisso hafwe wij satt wår konungzlige handh här vnder och witterligen låtit hängia wårt insegel här nedhan före. Actum på wårt slått Stockholm dhen

Tiuguandra dagh vthi Decembris månad, åhr effter Christi börd Ettusend Sexhundrade och på dhet Fyratijonde och Siette.

Christina.

Nills Tungell.

(Original i Konsistorii arkiv, 10 pergamentsblad in folio inhäftade i svart guldpressadt läderband; rikssigillet vidhänger i läderkupa).

115.

Drottning Kristinas förklaring och förbättring på vissa punkter i Universitetets privilegier, Stockholm d. 22 December 1646

Wij Christina etc.

Göre witterligitt, att såsom oss älskelige wåre trogne undersåtare och professorer uthi wår academia i Upsala hafwa igenom dheres fullmächtige uthskickadhe Doctorem Johannem Lenæum och academiæ Räntmästaren Magistrum Boethium Chruzelium låtit oss besökia och underdånigst anhålla om eonfirmation på dhe Privilegier, Donationer och Immuniteter som wår högtährade sahlige käre herr fadher, glorwördigst i åminnelse, konung Gustaff Adolph den Andre och Store bemelte wår academia medh benådhat hafwer; altså emedhan uthi sielfwa privilegierne någre ord finnas i dhen 5, 6 och 8 punct, academiens Jurisdiction i synnerheet angåendes, hwilcke af somblige kunna annorlunda förstås och uthtydas, än som dess rätta förstånd är och högstbemelte wår sahlige käre herr fadhers mehning dheruthinnan hafwer warit, hwarföre hafwe wij på föreskrefne wåre trogne undersåtares underdåniga anhållande welat här medh och i kraft af detta wårt öpne bref, icke allenast welat oss här öfwer sålunda förklara, som berörde privilegii puncter, rätteligen till förståendes äre, uthan ock låtit oss behaga föreskrefne wår academia med någre flere wilckor att benådha och det alt förmedelst efterfölliande puncter:

Först, att ändoch academien är privilegierat att hafwa så in civilibus som criminalibus (Crimen Læsæ Majestatis undantagandes) sin egen Jurisdiction på en dagzresa när Ubsala, under hwilcken höra och lydha omnium facultatum professores, qvæstor academiæ och adjuncti facultatum, jämwäl ock alle studenter och academiens betjänte, dess handtwär-

ker och alle andre tillhörige, sampt ofwanbemelte personers hustrur, barn och laghstadde legohjon, som uthi dheres brödh äre; doch likwäl på dhet bemelte dagzresa må hafwa en wiss terminum, hwarföre hafwe wij för skäligt och godt ansedt sättia dhen på sex mijhl när på alle sidhor rundt kring om Ubsala, så att dher några twister, irringar och rättegångzsaker anten i Upsala stadh eller innom mehrbemelte dagzresa förefalla emillan föreskrefne academiæ personer inbördes, eller ock emillan dem och andre som inthet höra till academiens societet (dhet ware sigh anten wåre och chronones tiänere borgare eller någhon annor och å landet boendes) då skall slijke twister, ware sigh slagsmåhl, skuldfordran, arfskifte, förplichtelser, skälsordh, injurier eller annat sådant, och [ɔ:om] en eller annan af föreskrefne academiæ personer är reus eller swarande till saken, angifwas i Ubsala för consistorium, dher att förhöras, skärskådhas och afdömmas. Såsom ock der saken ginge någhors ähra an och icke woro lifssaak, i lijka måtto der dömmas till penningeboth effter lagh. Men är academiæ personen åkärande emoot en annan som icke hörer under Ubsala academia och saken anginge gårdekööp, jordeträtor eller annat som fordrar wahnlig werldzlig rättegång, då skal saken slijtas in foro rei widh ting och å rådstuga, efter sakzens beskaffenheet, laghen och ordinantzien. Der och föreskrefne eller elliest andre twister kunne förelöpa emoot academiæ personer innom ofwanbemelte dagzresa eller sex mihl kring Ubsala som icke kunna in consistorio academico afdömas, förr än dhe wid tingen eller på rådhstughun ransakade blifwa; då skola dhe som tingz eller rådhstugu rätten bekläda wara förplichtade sådane saker att optaga till ransakningh och ransakningen skrifteligen under härads eller stads signete academiens fullmächtigh lefwerera, eller i fall ingen ifrå academien tillstädes wore, då henne till academiæ consistorium förseglat tillsända.

Till det andra: händer det sigh, att någhon af academiens personer eller dhee som under dess Jurisdiction höre medh dödhen afgå, och dess efterlåtne arf faller någon till, som å landet eller i en annan stadh boendes är eller wistas, då skal den tijondhe penningen af dhet, som ärfwes uthur Ubsala icke erläggias till bemelte stadh, uthan aldeles komma dens dödhes närmeste arfwingar till.

Till det tridie: Faller oss och chronan af academiæ personer någhot Danarf till, då unne och bestå wij till academiæ fiscum en halfpart theraff.

Till det fierde: Der någhon student eller annan academiæ persson, anten af olydno, motwillia eller öfwerdådigheet, rectorem, consistorium och professores wanwyrdar och något föracht tillfogar, eller dheres skählige animadversion och näpst försmädher, eller och academiæ räntemä-

stare medh någhon otilbörligheet angrijper och affronterar, den samme skall af rectore och consistorio straffas, lijka som för annan sidowördning efter stadslaghens 26 capitel i konunga balcken eller ock medh penninge both eller fängelsse, efter som saken är till.

Till det femte: Hwar ock så händer, att någon professor komme på så högh ålder eller .fölle i en obotheligh siukdom, så att han för sådhan sin ålder eller swagheet skull icke förmåtte stå sitt kall och ämbete före och lijkwäl i sin wälmacht hadhe medh flijt förrättadt sitt ämbete, hwarom cantzleren och senatu academico skal ransaka, dhen samme unne och bestå wij, att han hele sitt underhåld behålla skall, emedhan han lefwer, hwadh heller wij då någhon förordne som hans tjänst extra ordinem skal förestå, eller ock att någon adjunctus facultatis, blifwer dhertill brukat, den wij ock på sådant fall medh bättre underhåld, än han förr haft hafwer, försörja wele. Och så snart en sådhan åldrigh professor dödh blifwer, då wele wij i lijka måtto hans efflerlåtne hustru försörja medh någhot underhåld sigh och sine barn till födho, efter som hennes mans meriter kunne wara till. Och der hon elliest inge medel hadhe att opfödha sine söner medh, dhe der kunna hafwa lust och ingenia att studera, då skole dhee framför andra medh serdeles wårt stipendio blifwa försörgde.

Till det siette: Dher någhon gård fölle en eller annan af professoribus eller academiæ räntemästaren till, anten till arffs eller kiöps, der åker widh är, då efterlåte wij nådigst den som gården således bekommer, samme åker der under att behålla och för wahnlig afgift bruka, så frampt han elliest icke medh någhot special privilegio på afrads frijheten af oss, wår sahlige käre herr fadher eller andre framfarne Sweriges konungar benådat är.

Till det sjunde: Så skall ock senatus academicus och dess betiänte, efter wår förre anno 1635 gifne resolution owägerligen och uthan borgmästares och råds i Ubsala förwägrande hafwa macht att bruka i dess åhrlige tjänst fem handtwärkzmän, som är en murmästare, timmerman, snickare, smedh och glassmästare, medh dheres nödtorfftige gesäller och lähredränger, dhee der i synnerheet skole wara skyldige att arbeta och förfärdiga, hwadh academiæ bygningar kunne fordra, och professores och flere academiens betjänte behöfwa; såsom och glassmästaren wara skyldig att bota och byggia fönstren i domkyrkian.

Sist och till det ottonde: Wij hafwa ock på professorum underdånige anhållandhe nådigst bewilliat och efterlåtit academien till humblegårdar dhen instängde Pijlhagen, som ligger södher om wår och cronones humblegård, alt ifrån wägen nedher till åån, och skall dess cultur delas emillan professores efter den ordning, som nu är inter facultates,

